

in ulterioribus, quia remotiores sunt, & non præsuntur ita de illis cogitasse. Quarto, quia primogeniti jus est invariabile, & spes quam habet ad maius in falibilis, & certa, ita ut faltem habitu maius habere cenfeatur; spes vero fecundogeniti, & aliorum fragilis est, & varijs modis deficere potest, unde nullo modo venit confideranda in terminis. *Anchar. conf. 339. n. 24. Butr. conf. 47. n. 3.*

402 Quinto, quia linea tranfverfalis confiderabilis non est. *Corn. conf. 198. col. 8. lib. 3.* quem fequitus est *Brun. in tract. quod ftantib. mafculis femina non fucced. art. 12. n. 277. Menoch. conf. 234. num. 15.* atque ita cum fecundogenitus fit in linea tranfverfali refpectu primogeniti, de ejus linea curandum non est, *Cap. 1. de nat. fuccell. feudi.* Vbi praelatio tantum conceditur lineæ poffefforis, non aliorum, & fic de iure communi non effe confiderandam hanc tertiam lineam fecundogeniti, neque ejus rationem effe habendam, tradunt *Anchar. & Butr. ubi proxime Souf. feu Veiga in d. L. femina num. 293. Giurb. d. §. 2. gloff. 10. num. 51. Carol. Tapea in addit. ad Ribeira 3. p. art. 4. à num. 135. ufque ad num. 162.* & alij laudati à *Valafc. de iufta acclam. 2. p. punct. 1. §. 1. n. 6. Phab. decif. 44. num. 9. & decif. 104. n. 13. Velafc. de Avendan. in L. 40. Tauri gloff. 7. Flor. ad Gam. decif. 93. & decif. 385.* & iuxta jus commune veriore profitentur. *Giurb. d. num. 51. ibi: Sentio itaque, aut infpecto iure communi loquimur, tunc tertie lineæ refolutio, licet non fit omnino improbabilis, probabilis tamen est, & fecurius effe exiftimo in feudi fuccellione ejus rationem habendam non effe, &c.* quod idem agnovit *Amat. d. refolut. 1. num. 33. & feqq.* & quod plus est, ipfe *Castilho* contrariæ opinionis acerimus defenfor *lib. 3. cap. 19. num. 184. ibi: Nam & fi fateamur de plano ea omnia veriffima effe, & in terminis juris communis procedere, &c.* & hanc fententiam probavit *Senatus Pedem. apud Thefaur. decif. 65. & Senat. Siciliæ ex Amat. refolut. 1. num. fin.* & pro ea multoties iudicavit *Senatus nofter*, ut per *Phab. decif. 104. Pereir. dec. 59. Maced. decif. 16. Gam. decif. 385.* & eam tenuit *præceptor commun. Anton. da Cunha in privatis fcholis ad textum in L. cum ita §. in fideicom. num. 32. ff. leg. 2.* Vbi etiam iudicatum teftatur etiam ftante difpofitione *L. 40. Tauri, & Ord. d. tit. 100.* cumque ex duabus fententijs inducatur iudicandi confuetudo, *Valafc. conf. 148. num. 34. Cabed. 1. p. decif. 212. num. 5.* ab hac opinione recedere non licet, quamvis enim *Senatus non*

adstringatur fuis fententijs, & poffet contrariam amplecti, *Menoch. conf. 501. num. 27. & feqq. Hieron. Leo decif. 17. num. 6. & decif. 56. num. 19.* tamen quando datur ftillus, & confuetudo iudicandi aliquem cafum, ab ea recedendum non est, ut per *Valafc. & Cabed.* ubi proxime; praxis namque, & obfervantia Curie, fi non est contra jus, magnam vim facit in litium decifione. *L. nemi-ne, L. fi de interpretatione ff. de legib. L. labeo 21. ff. ftatilib. L. 1. Cod. ædific. privat. Cevalh. commun. in præfatione n. 72. & 73. Solorz. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. num. 56. Valenz. conf. 83. num. 120.* & minime mutanda funt, quæ certam interpretationem habuerunt, proindeque *Senatus* fententijs inhærendo, dicerem *Reum* non effe præferendum ex capite melioris lineæ, & quia ab *Emmanuele* fecundogenito defcendit.

Præfertim cum inftitutor in claufula 4. post extinctam lineam poffefforis, & ejus primogeniti vocaverit proximiorum, quæ in specie non effe habendam rationem lineæ docet *Pereg. conf. un. post tract. de iure fife. Amat. refolut. 1. n. 37.*

Neque obftant contrariæ partis fundamenta; non primum ex *textu in d. cap. 1. de nat. fuccell. feudi*, quia refpondetur quod, imo ex eo textu deducitur folum habendam rationem lineæ poffefforis, cum ibi illa linea extincta, de prælatione aliarum non curetur ex verbis textus, ibi: *Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes alie lineæ equaliter vocantur;* quali diceret, quod aliarum non fit habenda confideratio. Non obftat fecundo ex *textu in d. cap. quod dilecto, & cap. fin. de confanguin. & affin.* ubi videtur probari dari duas lineas defcendentes, quia ultra quod in eis viribus agitur de matrimonio contrahendo inter confanguineos, & non de fuccellione bonorum, illæ duæ lineæ defcendentes unam faciunt tranfverfalem, ut declarat *Gloff. verbo defcendentem in d. cap. quod dilecto*, quod idem est, ac fi diceret, omnes effe de linea contentiva, quæ refpectu primi parentis est defcendens, fed refpectu fratrum est tranfverfalis. *Robles de repræfent. lib. 2. cap. 13. num. 25. Souf. in d. L. feminae.* Sed hoc nihil conducit quoad prælationem tertie lineæ imaginariæ, & fine lege inductæ quoad fuccellionem maius tuum. Deinde non obftat *Pauli Castrenf. doctrina*, quia imaginaria est, & licet probabilis, tamen contraria opinio verior est, & fecurior ex dictis fupra, & *Pauli* fententia tantum admitti potest in illis quatuor cafibus, de quibus *Souf. in d. L. femina n. 294. & 295.*

§ 295. *Giurb. d. gloss. 10. num. 48. & 49. & 50.* quorum neuter nostræ ſpeciei adaptari valet.

405 Non obſtat etiam ſecundogenitum dici primogenitum reſpectu tertio- geniti, quia reſpondetur hoc procedere caſu, quo primogenitus ſine filijs deceſſit in vita patris, vel aliter de medio ſublatus eſt, ita ut nec ille, nec ab eo deſcendentes ſucceedere poſſunt. Puta, quia felloniam comiſit, tunc enim licet primogenitura ſit quid perſonale, quod à perſona non ſeparatur, tamen jus primogenituræ tranſmittitur, ut voluit *Bald. in L. liberti num. 8. Cod. oper. libert. & in hoc ſenſu quando ſecundogenitus ſolus ſuperreſt, dicitur primogenitus reſpectu aliorum.* Ita *Cumanus ad cap. ſi aliquem ve bo francorum jure num. 2. Mantie. de conjeſtur. ultim. lib. 8. tit. 10. num. 6. & 7. Caſtilib. lib. 5. cap. 93. num. 31. & 67. Carol. Tapea de ciſ. 2. num. 41. & 42. Souſ. in d. L. femine 1. p. num. 295. verſ. tertius caſus, Giurb. d. gloss. 10. num. 48. verſ. ſed hæc non ſunt.* Cæterum ſi primogenitus ſuperreſt poſt mortem poſſeſſoris, excludit ſecundogenitum, ita ut nullo modo primogenitus dici poſſit, neque adquiſiſſe jus primogenituræ. *Joſeph. de Seſſe deciſ. 286. n. 5. & 6. p. 3.*

406 Rurſus non obſtat diſpoſitio *L. 40. Tauri, & Ord. d. tit. 100. in princ.* & quod ex illa deducunt Hiſpani circa linearum conſtitutionem, ex eo quod repræſentationem concedit in infinitum, tam in deſcendentibus reſta via, quàm in tranſverſalibus deſcendentibus à primo maioratus inſtitutore, ſtatuendo quòd ſemper filius, & deſcendentes ab eo repræſentent patrem, quamvis ille nunquam ſucceſſionem occuparet, quod nullo modo ſubſiſtere poſſe autumant, ni concedamus quemlibet ex filijs poſſeſſoris ſibi, & poſteris lineam conſtituiſſe cum prælationis jure.

407 Maioratus enim re perpensa, & ea qua potui circunſpectione, hæc Hiſpanorum opinio nunquam mihi placere potuit, quippe qui videam *Ord. d. tit. 100.* conſideraſſe tantum lineam poſſeſſoris, & lineam primogeniti, in eiſque repræſentationem conſeſſiſſe in infinitum, ut ad ſucceſſionem maioratus admitterentur filius, & deſcendentes primogeniti, qui in vita patris, vel poſſeſſoris de- cederet, ad ſedandam controverſiam illius arduæ quæſtionis patri, & nepotis; & quamvis *Ord.* eandem repræſentationem concedat tranſverſalibus deſcendentibus à primo inſtitutore, id ita accipiendum, ut de- veniente maioratus ſucceſſione ad tranſverſalem proximiorum, ſi iſte filium habuit

maiorum, qui in vita patris deceſſit relictis deſcendentibus, ipſi ſuo ordine ſucceedant, & patrem repræſentent in infinitum; non verò ut delata ſucceſſio, ne per extinc- tionem lineæ primogeniti præferantur, deſcendentes à ſecundogenito, & proximiores excludant, quando ſecundogenitus nunquam maioratum, vel jus primogenituræ occupavit ſaltem habitu, vel ſpe firma, & invariabili ſucceedendi, & in hoc ſenſu intel- ligenda ſunt verba *Ord.* ibi: *De maneira que ſempre o filho, & ſeus deſcendentes legiti- mos por ſua ordem representem a peſſoa de ſeu pay, poſto que o dito pay não ouveſſe ſuc- cedido no tal morgado.*

Hic intellectus, qui verus, & geminus 408 eſt mihi, probatur ex ipſa *Ord.* cum enim in prima parte agendo de deſcendentibus per lineam rectam caſum figuraret in filio ma- iori, qui deceſſit in vita patris, vel poſſeſſo- ris, & ſic in patre, qui vel erat poſſeſſor, vel expreſſe vocatus poſt mortem poſſeſſoris, ideoque habebat certam, & invariabilem ſpem ſucceedendi, repræſentationem deſcen- dentibus primogeniti in infinitum conceſſit, poſtea que ampliando repræſentationis con- ceſſionem in tranſverſalibus, eandem pro- poſiti caſus ſpeciem continuavit, & in verſ. *De maneira que,* diſpoſuit quòd prædefun- cto filio primogenito tranſverſalis, relictis deſcendentibus, ipſi præcederent, & patrem ſuo ordine repræſentarent, licet pater ma- ioratum nunquam occuparet; quod quidem intelligendum eſt juxta primam deciſionem reſpectu filij, qui jus firmum, atque in- variabile habebat ad ſucceedendum poſt mor- tem poſſeſſoris, quia vocatus, vel quia pa- ter erat poſſeſſor, & filius jus primogeni- turæ quæſierat, tunc enim quamvis ma- ioratum non occuparet fortè, quia poſſeſſor prædefunctus fuit, ejus deſcendentes ſuo ordine ſucceedere debent: non vero diſpo- ſuit *Ord.* quòd repræſentatio daretur in deſcendentibus ejus tranſverſalis, qui nun- quam maioratum, vel jus primogenituræ occupavit, ſaltem ſpe infalibili ſucceedendi, quam in deſcendentibus per lineam rectam conſideravit.

Probat hunc intelligendi modum doctis- ſimus *Covar. pract. cap. 38. num. 9. verſ. 8.* 409 hujus legis, ubi explicans verba *L. 40. Tau- ri* ibi: *En vida del tenedor del maiorazgo;* quibus ſimilia ſunt verba dict. *Ord.* ibi: *Ou do poſſidor do morgado,* ait verba illa habe- re poſſe duplicem ſenſum, & primo intelli- gi poſſe de illo, ad quem maioratus nunc pertinet de jure, quamvis alius iniquè poſ- ſideat, etenim ſi hujus filius vivo patre de- cedat,

cedat, nepos, & ejus descendentes ad maioratum omnino admittantur, vel ad prosequendum illud jus vincendi maioratum ab injusto possessore; & secundo loco exemplum constitui posse in filio primogenito, qui filium habet nepotem possessoris, si enim hic nepos moriatur viventibus patre, & avo, relicto tamen filio pronepote possessoris, hic omnino erit ad nictendus, si pater, & avus ante mortem primi possessoris obierit, excludetque patruos, & etiam fratres avi primogeniti: ex qua doctrina elicitur verus noster intellectus ad *d. Ord. & L. 40. Tauri*, nempe ascendentes pronepotis habuisse jus firmum, & radicatum succedendi, licet in maioratu non succederent, atque ideo pronepote præferendum; cujus contrarium dicendum erat, si pronepotis ascendentes jus primogenituræ non haberent; proindeque *L. Regiam*, quatenus repræsentationem concedit inter transversales, de illo transversali intelligendam, qui repræsentatur, si habuit, & adquisivit jus firmum, & invariabile ad succedendum, & saltem habitu primogenituræ jus occupavit, non de eo, qui solum spem vagam, vanam, & incertam tenuit, & in his terminis loquutos fuisse Doctores contrariæ sententiæ dixit *Flor. de Men. ad Gam. decis. 93.* ibi: *Nam semper loquuntur, quando maioratus, vel fideicommissum intravit aliquam lineam, sive vocatorum, sive possessorum.*

410 Confirmatur hic intelligendi modus ad *dict. Ord.* ex his quæ *Flor. de Men. ad d. decis. 93. vers. 7. conclusion. 5.* ubi postquam in 5. conclusione explicavit quales essent lineæ vocati, & possessoris, & in 6. conclusione in prædictis lineis repræsentationem dari docuisset, agendo de hac nostra specie ita scribit ibi: *Si transversales fundatoris, aut possessoris maioratus sint de lineis nominatorum, aut possessorum, absque dubio locum habet repræsentatio, & transmissio, quæ irregularis est, & regulas juris communis transgreditur: si vero transversales fundatoris, aut possessoris non descendant ex dictis lineis, sed in defectum nominatorum admittantur, ut proximiores, tunc quidquid dicant *Molin. Gutier. & alij Regnicolæ*, nulla admittitur repræsentatio, &c. & paulo infra ibi: *Nec video ego qua ratione descendens à maiori possit eum repræsentare, aut ab eo aliquod jus accipere virtute transmissionis, si ipse ascendens non fuit vocatus, nec de linea vocati, nec unquam ullum jus primogenituræ certum, & probabile habuit, sed solum vanam spem, & remotissimam, scilicet sub conditione, si deficientibus vocatis, in humanis existat tamquam pro-**

ximior; nec etiam intelligo quomodo possit dici proximior tempore delatæ successionis, qui jam multis abhinc annis mortuus erat, & si ipse non fuit proximior, nullum jus habuit, ac proinde transmittere non potuit, nec vocatus fuit, & per consequens neque vocati sunt ejus descendentes, qui ab eo initium sumunt, &c. Quod latius prosequitur, & pluribus confirmat, opinionemque *Molinæ*, & aliorum circa intellectum *L. Tauri* reprobatur.

In eundem nostrum intellectum, quamvis non ita dilucide, descendit *Velasques de Avendanb. in d. L. 40. Tauri à num. 1. ubi n. 7.* tradit, quod ad hoc ut repræsentationi sit locus, non solum esse necessarium, quod fuisset in patre radicatum jus succedendi, sed præcise requiritur, quod id jus fuisset ei firmiter quæsitum de præsentanti certum, & invariabile; nec sufficere quod ei quæreretur in spe, aut possibilitate, cum spes remota illius, quem plures præcedebant in primogenitura, continuari, neque transmitti valeat, neque tamquam vaga repræsentari, cum posset succedere; non transmittitur, si non est aliquod jus de præsentanti, & causa probabilis sperandi successionem, ut notat *Bartol. in L. 15. post num. 9. ff. adq. hered.* per textum optimum in *L. 2. ff. injusto raptu*, unde cum secundogenitus, supervivente primogenito, vel ejus descendentes, nunquam habuisset aliquod jus primogenituræ, vel spem certam, & invariabilem succedendi, nihil in suos descendentes transmittere potuit, ut proximioribus præferre valeret in successione multo post mortem secundogeniti dilata.

Quod *Avendanb. & Menæ* pronuntiatum confirmo ex eo, quod in primogenito reperitur quædam spes infalibilis succedendi, & ideo nil mirum si illam ad suos descendentes transmittere valeat, quia idem est quid esse nostrum, quam in spe infalibili, & invariabili. *L. spem ubi Bald. Cod. de donat. L. rei emptio ff. contr. empt. Tiraq. de retr. lign. §. 26. gloss. 3. num. 5. & post leg. commut. gloss. 2. num. 26. Cassanat. cons. 7. num. 29.* at vero in secundogenito excluso per primogenitum, ejusque descendentes, nulla succedendi datur spes certa, & invariabilis, sed vana, incerta, & nullius momenti, cum multa accidere possint, ut nunquam in esse producat, & cum pendeat de futuro, & ex causa remota, non est habenda in consideratione, ut optime tradit *Guarb. ad stat. Mess. cap. 1. gloss. 3. num. 64.* hæc enim spes dicitur res fallacissima, appellaturque *fortium*, & desiderium vigilantis ferè nihil dicitur, ut cum *Tiraq.* docuit *Hermosilla.*

in L. 13. tit. 5. p. 5. gloss. 1. Giurb. supra, Olea de cess. iur. tit. 3. g. 10. num. 12. præsertim cum spes in filio succedendi legitima non sit, nec consideranda, dum pater vivit. L. post emancipationem, ubi Bart. ff. liberat. legat. notant Aguirre in responsio pro Reg. Portugaliæ p. 2. num. 315. Tondut. conf. 12. n. 1. Giurb. d. gloss. 3. num. 65. si igitur spes filij non consideratur, cum tamen in vita patris quasi dominus censeatur, L. in suis ff. liber. & postb. à fortiori non est in consideratione habenda spes remotissima secundogeniti in successione maioratus, quæ lineam primogeniti intravit.

413 Hunc verum Taurinæ legis intellectum improbare voluit Castilb. lib. 3. cap. 19. num. 184. sed non bene satisfacit; præcipuum enim fundamentum illius in eo consistit, quòd illius legis dispositio lineam tertiam, & aliorum constituit in illis verbis ibi: *Por su orden*, quibus similia sunt nostræ Regiæ sanctionis verba ibi: *Estes por sua orden se preferirã*; & ibi: *De maneira que sempre o filho, & seus descendentes legitimos por sua orden representem a pessoa de seu pay*; quod etiam prosequitur Castilb. d. cap. 19. n. 94. vers. quibus verbis, & inde deducit eum ordinem servare oportere, ut deficiente linea primogeniti, transeat successio ad lineam secundogeniti, nulla proximitatis habita ratione, sic intelligendo dicta verba *por su orden*, sed non bene fundat tertiæ lineæ constitutionem; si enim verba legis civiliter expendantur, & legislatoris mens attendatur, verè de linearum divisione actum non fuit, neque in d. L. 40. Tauri, neque in nostræ Reg. Ord. neque legum latores de lineis curarunt, sed descendentes suo ordine admitte-
tendos statuerunt in casibus, in quibus representationem in infinitum concesserunt, loquendo enim in prima parte de filio maiori, qui decessit in vita patris, disposuere, quòd si reliquisset filiam, & nepotem, vel alios descendentes legitimos, ipsi suo ordine succederent; & in secunda parte idem statuerunt respectu transversalium, quod quidem nihil aliud est, quàm si dicerent, quòd relicto filio ipse succedat, & non nepos, filio verò de medio sublato, admittatur nepos; at casu, quo neque filius, neque nepos supersit, & primogenitus alios descendentes reliquerit, puta pronepotem, & abnepotem, inter eos ordo succedendi servetur, ita ut pronepos abnepoti præferatur, & sic in cæteris; & in hunc sensum intelligenda sunt verba *por sua orden*, non alio modo; in qua dispositione leges illæ sequuntur sunt ordinem succedendi de jure communi, secundum quod in
ars II.

succeſſionibus filius primum obtinet locum, nepos secundum, pronepos tertium, obnepos quartum, & deinceps cæteri descendentes gradatim. L. 1. §. legitima hereditas ff. suis, & legitim. heredib. L. 1. §. primo gradu, L. Iurisconsultus, §. transeamus ff. de gradib. notant Paul. in L. fin. Cod. verbor. signif. Avendanho in d. L. Tauri gloss. 17. num. 26. & hic est verus, & genuinus illarum legum sensus, non verò ille, quem Castilho, & alij opinantur, volentes quòd inter filios possessorum linearum ordo servetur, qui defendi nequit, nisi divinare permittatur.

Confirmatur ex eo, quòd statutum ita de. 414
bet interpretari, ut quominus fieri possit corrigat jus commune, L. 2. ff. de noxalib. Ruin. conf. 90. num. 4. Gratian. cap. 406. n. 13. Camuncula decis. 53. num. 9. & 10. Amat. resolut. 1. num. 74. & 75. Arias de Mes. lib. 2. var. cap. 29. num. 24. Vicent. de Franch. decis. 71. num. 10. Giurb. de feud. prælud. 3. num. 39. ideoque statutum recipit interpretationem à jure communi. Cancer. lib. 1. cap. 4. num. 23. Salgad. de protect. 4. p. cap. 9. n. 129. cumque admissa nostræ illorum verborum interpretatione, prædictæ Leges Regiæ minus corrigant jus commune, juxta quòd ordo succedendi est ille, quem amplectimur, in illum sensum verba prædicta accipienda sunt, non in alium, ex quo juris correctio inducatur.

Deinde confirmatur ex Ord. d. tit. 100. §. 415
2. ubi disponitur successione maioratus deferendam esse proximiori ultimi possessoris, qui sine descendentes mortuus est, cuius legis dispositio otiosa esset, si tertiæ, & quartæ lineæ consideratio esset habenda, & quilibet etiam remotior de linea secundo, vel tertio geniti proximiores excluderet, ut voluerunt Gutierrez. Castilb. & alij, qui linearum divisionem admittunt, atque ita dicendum est Ord. dict. tit. 100. in princip. de hujus tertiæ lineæ consideratione non curasse, & in §. 2. dubium hoc ortum ex L. 40. Tauri declarasse in d. §. 2. qui sic debet concordari cum Ord. d. tit. 100. in princip. ut videretur absurdum, & contrarietas dispositionum, & ut specialia plura non concurrant, quod etiam in terminis L. Tauri agnovit Molin. lib. 3. cap. 7. num. 11. ibi: *Tamen forsan ex adverso dici posset eam legem solum representationem illam, quæ à jure communi concessa erat, usque ad filios fratrum, & ad omnes descendentes ipsorum fratrum in infinitum extendere, non autem novam representationem introducere inter eos transversales, inter quos jure communi nulla erat cognita representatio, facilius enim quid coad-*
Gg juvatur

*juvatur, quam in sua radice fundatur. L. si-
cut §. sed si queratur, ff. si servit. vendio. nec
tot specialia quoad idem introducenda sunt,
&c.*

416 Rursus confirmatur; quia linea certum,
& determinatum requirit principium, &
non potest incipere nisi ab eo, qui succes-
sionem actu, vel habitu occupavit *d. cap. 1.
de nat. success. feudi cap. 1. de success. frat. ut
gradsb. succed. post plures Molin. lib. 3. cap.
6. num. 34. Peregrin. de fideicommiss. art. 27.
num. 14. Larr. dec. 53. num. 24. Menoch.
conf. 1082. num. 13. Valenz. conf. 97. num.
10. Castilb. lib. 3. cap. 15. num. 77. & cap. 93.
num. 6. Fusar. q. 289. n. Giurb. d. §. 2. gloss.
10. num. 44. Phæb. dec. 44. num. 9. Valasc. de
jur. emphyt. q. 50. num. 3. atque ita Emma-
nuel secundogenitus, qui præcedebatur à
primogenito, & ejus descendentes, & nū-
quam in successionem intravit, neque ha-
buit actu, vel habitu jus primogenituræ, di-
ci nequit principium lineæ, ut ejus descen-
dentes proximiorē excludant, in materia
namque fideicommissaria prædefunctus autē
conditionis eventum non potest considera-
ri caput lineæ, ut post *Anchar. Bald. &
Brun. docent Alex. Raudens. ac analog. lib.
1. cap. 15. n. 274. in fin. Castilb. d. cap. 19. n.
176. Cald. de nominat. q. 17. n. 24.**

417 Facit resolutio *Molinæ lib. 3. cap. 6. num.
35.* qui distinguens inter lineam possessoris,
& lineam primogeniti asserit, quod si
quæramus de linea possessoris, nullus lineam
efficere potest nisi ille, qui in maioratu suc-
cessit; at verò si agatur de linea primogeniti,
is qui primo natus fuit, illico jus primoge-
nituræ adquisivit sibi, & suis descendenti-
bus, quamvis sit in suspensio, dum prædes-
sor vivit. *Menoch. conf. 442. sub num. 98.*
Cum igitur Emmanuel secundogenitus, &
Rei avus vivo fratre primogenito, & mai-
oratus possessore decederet, nunquamque
actu, nec habitu jus primogenituræ quæ-
sisset, neque spem certam, & infalibilem
succeedendi habuisset, linea principium con-
stituere non potuit, neque Reus ex hoc ca-
pite A. & oppositores in gradu proximiores
excludere valet.

418 Explosa igitur tertiæ lineæ cōmentitiæ
consideratione, subintrat repræsentationis
quæstio, in qua dicerem Reum juris fo-
mento esse destitutum, & per repræsentationem
non posse A. & oppositores exclu-
dere, constat namque ipsos esse proximio-
res in gradu, imo sufficit ipsum velle per
repræsentationem admitti, ut colligantes
proximiores censeantur. *Valenz. conf. 23. n.
81. & 82.* Plane quamvis per *L. Regiam*

detur repræsentatio inter transversales def-
cendentes à primo institutore in infinitum,
tamen hoc ita accipi debet, ut repræsentati-
oni sit locus in infinitum inter descenden-
tes ejus transversalis, qui successionem oc-
cupavit, & lineam per occupationem consti-
tuit; non vero, ut repræsentatio concedatur
respectu eorum, qui neque successerunt,
neque fuerunt expressè vocati, neque un-
quam jus primogenituræ firmum, radica-
tum, & invariabile habuerunt aliquo tem-
pore; hi enim jus, quod non habebant, trans-
mittere non poterant tradit in terminis *Ve-
lasc. de Avendanho in d. L. 40. Tauri gloss. 7.
num. 7. ibi: Sed requiritur præcisè, quod id
jus fuisset ei firmiter quæsitum de præsentis,
certum, & invariabile, neque sufficeret si
quærerentur in spe, aut possibilitate, cum
spes remota illius, quem plures alij præce-
debant in primogenitura continuati, neque
transmitti valeat, neque possit tamquam va-
ga repræsentari, &c.* Quod ipsum validissi-
mis confirmat fundamentis *Flor. de Men.
ad Gam. decis. 93. vers. 7. conclusio usque ad
fin. & latius ad decis. 307. vers. mea autem
opinio: sequitur Alex. Raudens. conf. 142. n.
125. ad fin. & num. 126. inter consilia ultim-
volunt. lib. 2. Castilb. lib. 3. cap. 19. num. 174.
176. & 184. Amat. resolut. 1. num. 43. at-
que ita, cum Emmanuel, quem R. repræsen-
tare intendit, nec fuerit expresse vocatus,
nec aliquo tempore jus primogenituræ ad-
quisierit, vel aliquod certum, & invariabile
succeedendi habuerit, cessat prætensa repræ-
sentatio.*

Præsertim, quia beneficium repræsentationis non competit de jure communi, sed
ex privilegio, clauso tamen in corpore ju-
ris, *Auth. de hered. ab intest. §. si autem coll.
9. Valenz. conf. 23. num. 42. Gam. dec. 174.
num. 1. & eapropter non competit nisi eis
tantum casibus, in quibus concessum repe-
riatur; Cassan. conf. 59. num. 17. Giurb. de
feud. §. 1. gloss. 1. num. 8. & §. 2. gloss. 2. num.
19. Valenz. conf. 23. num. 88. cum privile-
gium strictè sit interpretandum, & ad alios
casus trahi non possit. *L. jus singulare ff. de
legib. Alex. in L. si pecuniam col. 1. Cod. ne-
got. gest. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 14.
num. 97. Pereir. decis. 75. num. 6. & 91. n. 1.
Cabed. decis. 25. num. 3. p. 2.* Plane in præ-
senti hypothese nulla lege repræsentatio re-
peritur concessa, ut per *Flor. de Mena ad d.
decis. 93. vers. 7. conclusio, ibi: Et nullibi, ne-
que in jure, nec in feudis admittitur tam
transversa, & remota repræsentatio, & in nul-
lo jure fundata, &c.* Ergo Reo eam conce-
dere non debemus, eaque denegata, succes-
sio*

ſio proximiori deferenda eſt, & ita apud nos quotidie iudicatur ex Ord. d. tit. 100. §. 2. ut per Phæb. deciſ. 104. Gabr. Pereir. deciſ. 59. num. 5. & 6. Maced. deciſ. 16. num. 38. excluſa linearum conſideratione, qua de cauſa ab hac in Senatu recepta ſententia recedere non audeſem ex dictis ſupra verſ. 5. quia linea.

420 Hęc noſtra ſententia indubie procedit in præſenti quæſtione, ubi maioratus inſtitutor ita cavit in caſu extinctionis lineæ poſſeſſoris ibi: *E naõ havendo do dito poſſuidor deſcendentes varoens, nem femeas, entaõ ſuccederã o parente mais chegado ao ultimo poſſuidor, ſendo da linhagem delle dito inſtituidor, & ſe chamarã Carvalho, preferindo ſempre os varoens poſto que as femeas foſſem mais chegadas em grao, & iſto ſendo o parenteſco dentro do quarto grao, & ſendo fóra do quarto grao preferirã o parente mais chegado, preferindo ſempre o macho à femea em igual grao.* Plane in hoc caſu ex vocatione proximioris excluſam cenſeri repræſentationem docent *Molin. lib. 3. cap. 8. num. 15. & 19. Valaſc. de jure emphyt. q. 50. num. 36. & 37. Cancer. lib. 3. cap. 21. num. 307. & ſeqq. Caſſan. conſ. 34. num. 15. Amat. reſolut. 1. num. 40. Gam. dec. 385. num. 3. Flor. ad eundem deciſ. 93. & 307. Capyc. Galeot. contr. 48. à num. 9. Robles de repræſent. lib. 3. cap. 11. à num. 5. Surd. conſ. 403. num. 57. Valenz. conſ. 23. à num. 101. Fuſar. q. 485. à num. 33. Menoch. lib. 4. præſumpt. 95. à num. 22. Cald. de nominat. q. 19. à num. 15. quidquid in contrarium dicant *Giurb. d. §. 1. gloſſ. 1. num. 9. & 10. Caſtilh. lib. 2. cap. 20. à num. 7. cum ſeqq.* qui pro ſua oppoſitione quamplures adducit, & n. eam ex *L. 40. Tauri* confirmari docet, & *lib. 3. cap. 19. num. 302.* quia ultra quod prima opinio in hoc Regno tenenda eſt propter Ord. d. tit. 100. §. 2. & ex dec. *Gam. 385. Valaſc. de jure emphyt. q. 50. num. 36. & 37. Cald. proxime à num. 15.* Doctores qui contrariam ſequuntur, loquuntur quando proximioris vocatio ſimpliciter facta fuit, nec inſtitutor aliquid amplius adjecit, ex quo voluntas excluſendi repræſentationem non colligatur, ut videre eſt apud *Bald. Dec. & plures alios laudatos à Caſtilh. d. cap. 20. à n. 7. imo in eiſdem terminis ſimplicis vocationis proximioris loquuntur ipſe Caſtilh. & Molin. lib. 3. cap. 8. à n. 11.**

421 Cæterum quando proximioris vocatio non fuit ſimplex, ſed qualificata, non procedit *Caſtel.* opinio, quælibet enim qualitas diverſificat diſpoſitionem, & ſub ſimplici non comprehenditur caſus qualifica-

Pars II.

tus. *Cap. ſtatutum de elect. in 6. L. quaſitum §. illud ff. leg. 3. Valaſc. conſ. 51. numer. 51. Barb. in L. 1. & 2. num. 144. ff. de jud. Larrea alleg. 115. num. 14.* Vnde repræſentationem ſolum dari in fideiſſimmo ſimplici, non in qualificato, tenet *Caſſan. conſ. 59. n. 12.* atqui in præſenti vocatio proximioris non fuit ſimplex, ſed qualificata, quia inſtitutor, extincta poſſeſſoris linea, non tantum vocavit proximioribus intra quartum gradum prætulit maſculum ſæminæ in pari gradu, ex qua diſpoſitione certè, verè, & propriè elicitur inſtitutorem in prædicta ſpecie noluiſſe ſervari ordinem ſuccedendi ab inſtato, proindeque ceſſare repræſentationem, ut in terminis quando prædictus ordo non ſervatur tradunt *Menoch. conſ. 215. n. 141. 163. & 166. Cabed. de nom. q. 19. num. 11. Caſſan. conſ. 59. num. 11. Surd. conſ. 403. n. 54.* Cumque repræſentatio locum non obtineat contra inſtitutoris voluntatem, qui eam poteſt prohibere etiam in caſibus ubi à jure conceditur, *Fuſar. q. 485. num. 15. Caſtilh. lib. 3. cap. 19. num. 119. & ſeq. & num. 282. & 284. Mantio. de conjeſt. ultim. lib. 8. tit. 9. num. 4. in fin. Menoch. conſ. 215. num. 119. & d. præſumpt. 95. num. 19. in fin. Itriogliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 87. num. 14.* adeo ut ſufficiat voluntas ex conjeſturis elicitæ, ut per eodem, & *Valenz. conſ. 23. à num. 112. & 113. Giurb. d. §. 2. gloſſ. 7. num. 79. Robles lib. 1. cap. 3. num. 12. Tondat. Civil. cap. 118. num. 20.* recte ſequitur, quòd quando inſtitutor non vocavit ſimpliciter proximioribus, ſed in ſuccedendo voluit non ſervari ordinem ſuccedendi ab inſtato, repræſentationem excluſit, atque ideo *Caſtel.* & aliorum opinio huic caſui adaptari non poteſt.

422 Facit etiam quòd in hac ſpecie inſtitutor ſpeciale graduum fecit mentionem in vocatione proximioribus, & prælatione maſculorum, quibus in terminis dicendum eſt excluſiſſe repræſentationem. *Fuſar. q. 485. n. 25. Mantio. d. tit. 9. num. 9. Valaſc. d. q. 50. num. 7. & 37. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 1. n. 5. Valenz. conſ. 23. num. 91. Gam. deciſ. 385. n. 3. Covar. practicar. cap. 38. Caſſan. conſ. 34. num. 15.* quidquid dicant alij relati per *Giurb. d. gloſſ. 1. num. 12. 13. & 14.* Maxime, quia inſtitutor in prædicta clauſula nō vocavit ſimpliciter proximioribus, ſed proximioribus ultimi poſſeſſoris, unde illa poſſeſſoris proximitas attendenda eſt. *Peregrin. de fideiſſim. art. 20. num. 9.* Quapropter de repræſentatione curandum non eſt, quoniam expreſſio certorum hæredum cæteros excluſit. *Valenz. conſ. 23. num. 144. Giurb. qui*

plures laudat *d. §. 2. gloss. 7. num. 68.* atque ita R. qui est in remotiori gradu respectu ultimi possessoris, non potest proximiores excludere, neque sustineri opinio contraria, quæ etiam stante vocatione proximioris, & mentione gradus representationem admittit.

423 Denique institutor disposuit, quod intra quartum gradum masculus remotior feminam excluderet, & extra quartum gradum in paritate gradus, ac proinde dicendum est representationem exclusisse, siquidem femina, quæ per representationem poterat esse proximior, à masculo remotiore præfertur intra quartum gradum, prout extra illum, si esset in pari gradu naturaliter, five per fictionem, ex quibus in eam descendo sententiam, ut existimem quod in dicta clausula quarta per vocationem proximioris ultimi possessoris cum prædicto succedendi ordine, & prælatione masculi remotioris fuit exclusa representatio, aliàs illa equaliter non procederet in masculo, & femina, & opinio nostræ contraria casum feminae non determinaret, cum tamen dispositio respiciens plura determinabilia debet omnia pariformiter determinare juribus vulgatis.

424 Qua sententia retenta, non obstat sexta institutoris clausula, qua institutor representationem admisit in filio primi nominati, respondetur enim, quod licet verum sit institutorem, qui in persona alicujus, vel in aliquo gradu representationem admisit, in alijs etiam eam admisisse censendus sit. *Robles lib. 1. cap. 13. num. 24.* tamen aliud in præsentanti dicendum, tam ex eo quod representatio, cum stricti sit juris, nunquam competens de jure speciali non extenditur ad alios casus, & personas, *Cassan. conf. 59. n. 17. Robles lib. 1. cap. 6. num. 23.* quàm ex eo quod in dicta clausula sexta concessa fuit representatio taxative, & restrictively ad casum mortis primi vocati ibi: *E sendo caso que por seu falecimento o dito Bernardo Carvalho seu filho seja falecido, & delle fique filho varão lidimo, que este succeda neste morgado, & nam o filho segundo, ou outro, porque sua vontade he que o neto, filho do filho mais velho, se prefira a seus tios irmãos de seu pay na successão deste morgado, o que assim quer conformandose com a mais razoada opiniaõ dos Doutores, &c.* vel ad casum mortis possessoris, ad sedandam questionem de patruo, & nepote tunc temporis controversam; non vero concessit institutor representationem extra casum expressum respectu transversalium, inter quos jam fuerat provisum in quarta clausula, & circa illo-

rum representationem nulla erat controversia apud Doctores, ideoque institutor restrictivè loquutus fuit, & sub conditione ibi: *E sendo caso; & ibi: Porq sua vontade he que o neto filho do filho mais velho succeda;* quæ verba restringunt representationem ad casum expressum. *Menoch. conf. 117. n. 6. & conf. 177. num. 20. Surd. conf. 344. n. 3.* & verè si institutor aliud voluisset expressisset, & quod non dixit voluisse, non præsumitur, *Argumento text. in L. quidam cum filium 46 ff. hered. inst. L. si servum §. si Prætor ff. adq. her. L. un. §. sin autem ad deficientis Cod. caduc. tol. Peregr. de fidei. art. 11. n. 15. & 37. Larr. dec. 67. n. 7. Cyriac. contr. 142. n. 5.*

Denique non subsistit tertio Rei fundamentum quatenus admitti curat, & proximioribus præferri intendit ex eo quod descendat ab Emmanuele, & sic per lineam masculinam, quia licet institutor sol. 10. verè disposuerit quod maioratus successio continuaretur in linea recta descendenti masculina tamen, hæc dispositio non favet Reo; quando enim ab institutore ascendenti vocatur linea recta masculina, intelligitur vocata linea primogeniti, & quæ in ipsis primogenitis constituitur, qui gradatim procreantur, ut inter filios, nepotes, aliosque descendentes primogeniti lineam constituent, & successive admittantur; non vero intelligitur linea recta in omnibus alijs descendentes. *Castil. lib. 5. cap. 93. num. 8. vers. 3. regula;* & hæc primogeniti linea dicitur tantum linea substantiæ, de qua institutores sensisse videtur quando disponunt, quod in maioratu succedant masculi descendentes per lineam rectam, intelligentes de linea sui primogeniti: post alios *Valent. conf. 97. num. 167.* plane R. non descendit à Bernardo primogenito institutoris, sed à Francisca filia institutoris, quæ procreavit illustrissimam Mariam, quæ in maioratu successit, & procreavit Emmanuelem Reum avum, & sic non descendit Reus per lineam rectam masculinam, sed per femininam, cujus caput fuit Francisca institutoris filia; dicitur enim linea masculina, quæ à masculo originem ducit; *Fusar. q. 346. numer. 24.* feminina vero, quæ incipit à femina, *Valent. conf. 40. num. 25.* atque ita ex hoc capite R. præferri non debet, ipse enim, & A. oppositoresque per lineam femininam descendunt à Francisca & Maria, & sic per lineam femininam.

Stat ergo quod R. neque ex capite melioris lineæ, neque per representationem, nec denique ex eo quod descendit à masculo

admitti poteſt, & proximiores excludere, ſucceſſionemque deferendam juxta clauſulam quartam institutionis ei qui proximior fuit tempore mortis ultimi poſſeſſoris, proindeque ſententiam revocandam, ſive enim graduum computatio fiat ſecundum jus Civile, prout fieri debet in materia ſucceſſionum. *Covar. de ſponſalib. 2. p. §. 6. num. 8. Mier. de maiorat. p. 2. q. 7. num. 1. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloſſ. 9. num. 23. ad med. Gratian. cap. 77. num. 1. & ſeqq. & num. fin. Surd. conf. 5. num. 20. & ſeqq. Hieron. Leo dec. 4. num. 16. Cevalb. commun. q. 398. num. 18. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 50. numer. 8.* ſive ſecundum jus Pontificium, ſemper R. præceditur ab A. & oppoſitoribus, hi enim ſunt patrueles ultimi poſſeſſoris Antonij, & illi conjunguntur de jure Civili in quarto gradu, & de jure Canonico in ſecundo; Reus vero eſt filius Mariæ, quæ cum A. & oppoſitoribus erat in pari gradu, & ſic R. de jure Civili eſt in quinto gradu, & de jure Canonico in ſecundo, & tertio, proindeque excluditur à proximioribus, ſi capaces ſint, & quia eorum incapacitas arguitur, de ea diſpicendum eſt, ut decidere valeamus cui ſucceſſio adjudicanda ſit.

427 A. Illuſtriſſimus duo ſui juris proponit fundamenta. Primum, quòd ipſius mater ſupervixit ultimo poſſeſſori, qui erat ejus ex fratre nepos, atque ita illi tamquam proximiori fuiſſe delatam maioratus ſucceſſionem, & ſic ipſi Actori tamquam matris proximiori maioratum pertinere. Secundam in eo poſitum eſt, quòd A. eſt in pari gradu cum Joſepho, & ætate maior, ideoque illi præferri debet, pariterque illuſtriſſimæ ſorori; quia extantibus masculis, excluſa reperitur juxta institutionis formam: at vero contra A. objicitur de illegitimitate, quia conceptus, & natus proponitur à Maria, & Hieronymo tempore, quo ipſa nupta erat Ludovico de Torres, quare cum ex forma institutionis illegitimus ſuccedere prohibetur, prius de legitimitate agendum erit, & poſtea, an prædicta fundamenta ſubſtant.

428 Objicitur, inquam, Actori illegitimitatis macula, & conſtat in facto Mariam matrimonium contraxiſſe in facie Eccleſiæ cum Ludovico, & conſtante matrimonio rem habuiſſe cum Hieronymo, & ex hoc coitu natum fuiſſe A. ipſe vero ſe legitimum dicit, quia conceptus, & natus fuit pendente lite ſuper illo matrimonio, quòd poſtea nullum fuit declaratum per ſententiam, quæ in rem judicatam tranſiit, poſtquam Maria, & Hieronymus validum contraxerunt matri-

Pars II.

monium, & per illud ſubſequentum A. legitimum evaſiſſe: in quo dubio reſolutive procedendo conſtituo, quòd apud omnes conſtat filium natum ex his, inter quos matrimonium contrahi poterat legitimari per ſubſequens matrimonium, & in nihilo à legitimis diſferre. *Cap. tanta qui filij ſunt legitimi, L. nuper, L. cum quis Cod. natur. liber. §. fin. inſtit. de nupt. Ord. lib. 2. tit. 35. L. 1. tit. 13. part. 4. tenent præter ordinarios Roſentald. de Feud. cap. 7 conſul. 18. num. 5. Didac. Fajard. de legitimit. per ſubſequens matr. num. 3. & ſeqq. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. num. 41.* Quæ reſolutio ampliatur, ut etiam locum habeat quando filius conceptus eſt pendente lite ſuper validitate primi matrimonij, quòd de facto mulier contraxerat, ſi poſtea illud nullum fuit judicatum, & parentes etiam pendente illa lite matrimonium contraxerunt probat *textus in cap. cum Apoſtolice 19. ubi gloſſ. & Abb. num. 3. de ſponſal. & tenent Ruin. conf. 150. num. 19. lib. 5. Covar. de ſponſ. 2. p. cap. 8. §. 1. num. 8. Mascard. conſul. 1027. n. 8. optime Lancelot. de attentat. p. 1. cap. 4. limit. 17. à num. 3. & cap. 20. limit. 18. & 3 p. cap. 24. q. 17. Aug. Barb. vot. 114. à num. 5.* ex ea ratione, quia matrimonium nullum non impedit validitatem ſecundi rite contracti. *Cardoſ. in praxi verbo Sacramentum §. de Sacrament. matr. num. 36. Aug. Barb. proxime num. 8.* Quòd à fortiori procedit, quando poſt litem finitam ſuper primo, aliud fuit ſequutum, tunc namque liberum erat contrahere, & filij ante ſecundum matrimonium concepti, & nati, lite ſuper primo pendente, non ſpurij, ſed naturales cenſentur, *Barb. dict. vot. 114. num. 11.* proindeque per matrimonium ſubſequentum legitimi efficiuntur, *ex text. in d. cap. tanta, adeo, ut in hoc caſu locum non habeat pæna dict. cap. cum in Apoſtolice, neque de iſto textus in cap. tua fraternitas 4. de deſponſ. duor. & cap. tua nos eod. tit. neque textus in cap. 1. & ult. de matr. contr. contra interd. Eccleſiæ;* illa enim jura non annullant matrimonium, & ſolum procedunt reſpectu pænae, ut notanter tradit *Barb. ſup. num. 14. & ſeqq.* cumque matrimonium ſequutum inter Actoris parentes fuiſſet contractum poſt ſententiam latam ſuper nullitate primi matrimonij, dicendum venit A. vere legitimum fuiſſe, & pro legitimo habendum.

Non obſtant quæ adverſus ſententiam objiciuntur, cum enim ſæcularis incapax ſit ad cognoſcendum de cauſa matrimonij, & illius viribus, quando in jure conſiſtit, *Valaſc. conf. 159. num. 2. Vicent. de Franch. omnino*

nino videndus *dec. 36. ubi addentes Barb. in L. Titia num. 22. & 23. ff. solut. matr.* adeo ut nec incidenter de quæstione juris in causa matrimoniali judicare valeat, *Valasc. proxime num. 7. 8. & 9. Franch. d. dec. 36. Franc. Marcus dec. 36. Petr. Cabal. resolut. comm. cas. 200.* tenemur omnino stare sententiæ latæ ab Ecclesiastico super validitate, aut nullitate matrimonij. *Vincent. de Franch. dec. 551. num. 12.* nec illi aliquo modo derogare valemus; *Larrea dec. 8. num. 30. & 31.* imo in materia successioſum judicare tenemur secundum finem discussionis in articulo legitimitatis coram Ecclesiastico decisæ, tradunt in specie *Butr. in cap. lator not. 6. qui filij sint legitimi, ubi Præposit. & Alex. not. 2. Burgos de Paz conf. 40. per tot. & notanter num. 10. Vincent. de Franch. dec. 512. num. 3. & 4. & dec. 551. num. 2. & 9. Sess. dec. 162. num. 13. Larrea d. dec. 8. num. 32. vers. & ita omnino,* & quidem nostrum est solum inspicere, an adsit qualitas legitimitatis ab institutore desiderata: *Larrea proxime num. 30. in fin.* non verò cognoscere de justitia latæ sententiæ ab eo, cujus superiores non sumus; proindeque dum sententia Ecclesiastici in suo robore existit, juxta eam judicare debemus.

43^o Non movet in contrarium rescriptum Summi Pontificis, per quod appellationis causa à prædicta sententia invenitur commissa ad instantiam Iosephi, licet enim verum sit tertium appellare posse à sententia ob proprium præjudicium, tamen ex ventre ipsius rescripti manifeste illius nullitas, & clara subreptio demonstratur; cum enim sententia lata fuisset in Curia Rotali Legati Apostolici, non constat ab ea appellatum, neque causam illius commissam, imo expositum fuit summo Præsuli sententiam latam fuisse in Relatione, & Senatu Archiepiscopali, sed nulla offertur ibi lata super nullitate matrimonij, atque ita curandum non est de exceptione opposita ex causa d. appellationis, ut remittatur ad Iudicem Apostolicum legitimitatis quæstio; siquidem nulla apparet sententia lata in Relatione Archiepiscopi, de qua valeat cognoscere, & sic exceptio tamquam calumniosa rejicienda venit; neque est habenda ratio nullitatis provenientis ex eo, quòd in instantia appellationis cognitum fuit de nullitate matrimonij, cum tamen in prima tantum judicata fuerit quæstio separationis quoad torum propter sævitias; quia de nullitate sententiæ solum cognoscere potest qui eam tulit, vel ejus superior, non verò nos, qui neque superiores sumus, neque capaces ad cog-

nosendum de quæstione.

Attenta vero probatione testium fol. 293, 452. vers. 458. vers. 461. 463. vers. 468. 470. 472. 474. adhuc dubitari potest, an A. legitimus dici possit, deponunt namque testes, quòd constante matrimonio inter Mariam, & Ludovicum, A. ex illicito coitu conceptus, & natus est, imo quòd mater tres à Hieronymo suscepit filios, & quòd ante matrimonium Ludovici à Hieronymo habuit filios, & cum lis penderet non super nullitate matrimonij, sed super separatione quoad torum, nullo modo dici valet filium bona fide conceptum, ac proinde per subsequens matrimonium non fuisse legitimatum; sed cum duæ lites pendere præponantur, prima super separatione, secunda super nullitate, & non probetur clare, & distincte, quo tempore A. natus, & conceptus fuit, ut maius evitetur delictum, potius præsumendum est Actorem fuisse conceptum tempore, quo lis pendebat super nullitate, quàm alterius litis super separatione.

Supposita igitur legitimitate A. per subsequens matrimonium, incidimus in eam quæstionem, an scilicet hæc legitimitas sufficiens sit ad succedendum in terminis institutionis hujus maioratus, disposuit namque institutor in clausula 5. sequentibus verbis: *Item quæria, & ordenava, que quem naquelle morgado ouvesse de succeder, fosse nascido de legitimo matrimonio, & de nenhum modo fosse bastardo, ainda que o tal bastardo fosse legitimado por mim, &c.*

In qua quæstione dicerem valde controversum esse apud interpretes, an legitimatus per subsequens matrimonium succedere valeat tamquàm ex legitimo matrimonio? Ad cujus dubij decisionem varij varia dixerunt, sed constat apud omnes eam invalidam sententiam, nempe quòd si vocatio facta est in dispositione legis, aut statuti, legitimatus per subsequens ad ea omnia admittatur ad quæ admittitur, & vocatur vere legitimus, & de legitimo matrimonio natus, ut voluit originaliter *Gloss. verbo legitimi in d. captansa,* quam ibi sequuntur cõmuniter DD. similis *Gloss. verbo conjugata in cap. de elect. ubi Abb. & Ant. de Butr num. 17. Imola n. 13. & post antiquiores Covar. de sponsal. 2. p. §. 2. num. 21. & 22. Ramon, Junior conf. 226. num. 4. & seqq. vol. 2. Fajard. de legitimit. per subsequens matr. à num. 217. usque ad 233. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. num. 42. 43. & sic intelligenda est *Novel. 12. Justiniani circa fin. & Ord. lib. 2. tit. 35. §. 12.* quæ quoad succedendum*

in tertis Regiæ Coronæ legitimum declarat filium per ſubſequens matrimonium legitimatum, prout in feudis etiam admittitur ex uſu, & praxi apud omnes recepta, ut reſolvunt *Fendiſtæ in cap. 1. §. naturales ſi de feudo fuerit contro. ubi Afflict. not. 5. num. 6.* communem profiteretur, *Curt. Iun. in tract. de feud. 3. p. 9. 19. num. 41.* *Alex. Raudenſ. in tract. de analogis cap. 35 fol. 391.* *Anton. Gab. tit. de legitim. conſuſione 1. num. 22.* *Baſil. Ponce de matr. lib. 11. cap. 11. num. 7.* quod etiam obtinet quando in investitura vocati ſunt legitime nati. *Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. num. 9. & conſ. 16. num. 27. & plenius conſ. 109. num. 8.*

434 At vero in diſpoſitione hominis, puta in fideiſcomiſſo, & maioratu maior eſt dubitatio; *Peregrin. namque de fideicom. art. 24. num. 6.* *Theſaur. Pedem. dec. 196. Surd. dec. 319. Gratian. cap. 655. num. 25.* *Pafchal. de virib. patr. poteſt. 2. p. cap. 4. num. 62.* *Fachin. lib. 4. cap. 54. Caſtilh. lib. 4. cap. 31. à n. 56.* & plures alij ab eis laudati in eam adducuntur ſententiã, ut exiſtimarent legitimatum per ſubſequens matrimonium non admitti ad maioratum ad quem vocatur natus ex legitimo matrimonio; cuius opinionis fundamenta recensent *Fachin. d. cap. 54.* *Menoch. d. præſumpt. 81.* *Ioan. Cephal. conſ. 1111.* *Mantic. de conjeçt. ultim. lib. 11. tit. 12.* *Cevalh. com. 9. 606. à num. 25.* latiffime *Caſtilh. d. cap. 31. à n. 56. cum ſeqq.*

435 Receptius tamen eſt etiam in diſpoſitione hominis, quando vocatur natus ex legitimo matrimonio, admitti legitimatum per ſubſequens matrimonium; quia legis interpretatione, & auxilio habetur pro nato ex legitimo matrimonio, vel certe eodem jure conſeri debet, ac is qui poſt matrimonium legitime contractum fuit procreatus, ut ratiocinatur *Fachin. ſibi contrarius lib. 7. cap. 51. verſ. ego tamen exiſtimo,* & ita poſt antiquiores tenent *Paul. de Caſtr. in L. ſiquis num. 6. Cod. de his qui cum æt. impetr. laſ. conſ. 168. num. 6. vol. 4. Dec. conſ. 145. n. 5. & 6. Covar. dict. cap. 8. §. 2. num. 30.* *Tiraq. de primog. 9. 34. per tot. Molin. lib. 3. cap. 1. num. 41. & lib. 2. cap. 11. num. 23.* *Can. er. lib. 2. cap. 11. num. 61.* *Fuſar. 9. 409. n. 47. cum ſeqq.* *Caſtilh. lib. 2. cap. 105. ex n. 35.* *Noguerol. alleg. 32. à num. 13.* *Solorz dicto cap. 17. num. 50.* *Cevalh. 9. 606 à num. 1. uſque ad 25.* *Larr. dec. 8. num. 6.* *Mier. de maiorat. 2. p. 9. 1. num. 11. & 12.* *Garcia de benef. p. 7. cap. 2. num. 43.* *Mantic. de conjeçt. lib. 11. tit. 12.* *Cald. de nom. 9. 21. n. 54 & ſeqq.* quæ opinio in Hiſpania communior, & receptior eſt, teſtibus *Larrea dec. 8. numer. 7.*

Cevalh. 9. 2. à num. 10. & 9. 606. n. 11. *Garcia de nobilit. gloſſ. 2. num. 21.* & pro ea multoties fuit iudicatum dicit *Molin. lib. 3. cap. 1. num. 10.* alter *Molin. diſp. 171. & 475.* *Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 105. n. 8.* *Franciſc. Beccius omnino videndus conſ. 165.* *Caſtilh. lib. 5. cap. 75. verſ. praterea,* *Garcia de ben. dict. cap. 2. num. 43.* cui ſententiæ in præſenti inſpectione adhærere libet tam fundamentis Doctõrum, qui eam ſequuntur, quàm ex eo in quo plures innituntur, nempe inſtitutorem in eis verbis *de legitimo matrimonio* natus cenſeri ſe velle conformare cum diſpoſitione juris communis, ſecundum quod legitimatus per ſubſequens matrimonium vere legitimus eſt. *Ord. d. tit. 35. §. 12.* *Cevalh. 9. 606. num. 19.* tum etiam propter præſumptam inſtitutoris mentem, qui in d. clauſula 5. vocando natum de legitimo matrimonio, adiecit ibi: *E de nenhum modo baſtardo, ainda que foſſe legitimado por El Rey:* in quibus verbis legitimatum per reſcriptum excluſit, & à contrario ſenſu legitimatum per ſubſequens matrimonium admittit, & ita reſpondiſſe cenſendus eſt, ſi de legitimo per ſubſequens matrimonium fuiſſet interrogatus; ſtante autem dicta præſumpta voluntate, etiam illi, qui contra legitimatum reſponderunt, eum in prædicta hypothefi admittunt, ut per *Caſtilh. lib. 4. cap. 31. ad fin. & lib. 5. cap. 75. verſ. ſic equidem verofiſſimis,* *Garcia de benef. d. 7. p. capi. 2. num. 43.*

His ita reſolutis, opportunè agendum de Actoris fundamentis circa prælationem quam habere intendit, & agendo de primo, quod innititur in ſuperviventia Mariæ matris poſt obitum conſobrini poſſeſſoris, dicerem Actori non opitulari, quamvis enim Maria proximior eſſet ultimo poſſeſſori, vere nunquam ſuccedere poterat, tamquam excluſa per inſtitutorem in clauſula 2. in illis verbis ibi: *Viria à dita filha mais velha, com tanto que ella foſſe tal, que de ſua peſſoa nam tivesse cometido cauſa deſhoneſta.* Plane inſiciari ita non poteſt Mariam nuptam Ludovico inhoneſte ſe ſe Hieronymo emiſſiſſe, ex eo quòd A. & alios filios ſuſcepiffet, ſive ante, ſive poſt litem ſuper matrimonio Ludovici inchoatam, unde rem admodum inhoneſtam in propria perſona admittit, eſt enim vitium carnis in fæmina deteſtabilius, fædiuſque, atque turpius, ut dixit *Gloſſ. in cap. ſi qua cum ſervo 12. q. 2.* *Tiraq. vol. 1. connub. num. 45.* *Menoch. conſ. 631. n. 21.* ex ea ratione, quia honeſtas, & pudicitia omnino in fæminis deſideratur. *Menoch. conſ. 249. num. 17.* qua de cauſa opprobrium eſt

supponunt, quòd in antecedenti dispositione Lex loquuta fuerat de omnibus illis transversalibus, qui ab institutore descendebant, illa quippe verba, & *si*, quæ hic idem significant, atque *secus*, prout in jure multoties interpretantur, *Barb. diction. 113. num. 2.* omnino contrarium casum supponunt ad *text. in L. per servum §. penult. ff. de acquirend. rer. domin. Sard. conf. 437. n. 29.* Plane dispositio, quæ loquitur de transversalibus, qui non descendunt ab institutore, in contrario casu continet transversales, qui ab institutore descendunt, cum hic sit casus omnino contrarius: ergo *Ord. in antecedenti vers. O que nam sômente*, comprehendit omnes transversales ab institutore descendentes, sicut *in vers. E se os transversaes*, comprehendit in contrario casu omnes descendentes, vel, inquam, omnes transversales, qui ab institutore non descendunt.

Deinde dum Lex nostra in hoc ultimo vers. *E se os transversaes*, excludit repræsentationem in infinitum inter omnino transversales, specialiter magis firmat regulam in contrarium, scilicet admittendo repræsentationem inter omnes, qui non sunt omnino transversales, tam respectu institutoris, quàm ultimi possessoris; hæc namque est virtus exceptionis, quod firmat regulam in contrarium ad vulgarem *text. in L. quaesitum 12. §. idem respondit, vers. denique ff. de fundo instructo, vel inter legat.* notat eleganter videndus in simili specie, vel interpretatione *Robles de repræsent. lib. 2. cap. 26. n. 21. & 22.* insonum enim esset juris regulis hanc exceptionem admittere inter omnino transversales, quia universaliter extenderetur ad alios quoscunque possessores repræsentationis beneficium, quippe admitteremus, quòd exceptio non esset de regula contra *text. in L. ex eo 18. ff. de testibus*, notant, plurimis citatis, *Vela dissert. 2. num. 4. Menoch. conf. 87. à num. 35. Valenz. consult. 54. n. 19.*

Et tandem mihi sufficeret ad admittendam repræsentationem inter transversales descendentes ab institutore, quòd *Ord.* posuisset regulam generalem, in qua admisisset repræsentationem, & postea illam limitasset in ultimo vers. circa omnino transversales, quippe hoc satis esset ad admittendam repræsentationem inter omnes, qui non fuissent transversales omnino; sufficeret certe, quod Lex solam juris communis dispositionem admitteret inter illos transversales, ut ex inde sequeretur, quòd illa limitata repræsentatio præter illum casum non extenderetur limitata, namque juris dispositio ad suum casum restringenda est, ad *text. in L.*

in delictis §. si de tract. ff. noxalib. action. L. in agris ff. acquirend. rer. domin. Paris. lib. 1. conf. 18. n. 8. & 9. Reminald. conf. 23. lib. 1. n. 267.

584 Nec aliam interpretationem admittere potest prædicta Ord. quæ regulas maiora-
tuum successoribus præstitit, ut ipsa in prin-
cipio declarat, ibi: *Por tirarmos as duvidas que se movem*; indecisum relinqueret ca-
sum communissime accidentem super suc-
cessione transversalium, qui ab institutore
descendebant, quando attentè pensata to-
tius legis dispositione, præcipuas exposuit
hujus successionis regulas; loquitur nam-
que de filio primogenito, atque de illius des-
cendentibus in illis verbis, ibi: *A respeito dos ascendentes*; & in hoc eodem casu compre-
hendit possessoris filium, & descendentes in
principio ibi: *Ou possuidor*; deinde ampliat,
& extendit hanc dispositionem ad omnes
descendentes institutoris, licet transversa-
les respectu ultimi possessoris, ibi: *Mas tambem em respeito dos transversaes sendo descendentes do instituidor*; & tandem ju-
bet in vers. *E se os transversaes*, quod ob-
servetur juris communis dispositio, quasi
Lex has præcipuas, & universales regulas
constitueret, scilicet quod tam in successio-
ne respectu ascendentium, quam inter
transversales descendentes ab institutore
admittatur repræsentatio modo supra scrip-
to in vers. ibi: *E se o tal filho mais velho de-
ixar filho, ou neto, ou descendentes legitimos*; &
quod inter omnino transversales observe-
tur juris communis dispositio.

585 Nec dicendum est, quod attentæ nostræ
L. dispositione, superfluum est repræsentati-
onis privilegium, quoniam non super-
fluum, sed imo necessarium est, eo quippe
ipsamet Lex expressè voluit repræsentati-
onem admittere in illis verbis ibi: *De ma-
neira que sempre o filho, & seus descenden-
tes legitimos por sua ordem representem a
pessoa de seu pay*. Non est ergo superflua
repræsentatio, quia in lege nihil est super-
fluum, imo verum est dicere, quod solum
superflua est hæc dispositio, nam si expresse
Lex voluit in citatis verbis repræsentati-
onem admittere, disputare, an sit necessaria,
mihi videtur penitus legis omnino obser-
vanda.

Impugnare eleganter videndus *Castilh. d. lib. 3. contr. cap. 19 num. 184.* ubi exclamat
adversus hanc disputationem stante lege, quæ
casum decidit, ac resolvit.

586 Sed etiam si Lex expresse repræsentati-
onem non admitteret, adhuc firmiter existi-
marem necessariam esse, sufficeret namque,

quod Lex transversales ab institutore des-
cendentes admitteret cum illa qualitate,
quod filius senior, & illius descendentes
præferendi essent filio juniore, ut repræsen-
tatio esset necessaria; nam licet attentò jure
communi controversum fuisset, & in verio-
ri jurisprudentia fundata esset sententia il-
la, quæ repræsentationis beneficium super-
fluum judicabat, ut nepotes, & pronepotes
filium juniorem excluderent, eo quippe at-
tento rigore *L. 12. tabularum*, nepotes ex filio
mortuo patre, vel aliter à patria potestate
liberato, statim sui hæredes fiebant, ex *L. 1.*
*§. si filius L. posthumorum ff. de injustor. rap-
to post antiquiores, Fab. lib. 9. conjectur. cap.*
18. & ex eodem jure, quo sui hæredes fie-
bant, illis deferebatur avi successio insimul
cum alijs filijs ejusdem avi, quia illa Lex ad
successionem intestati omnes suos hæredes
indistincte vocabat, nec illorum gradus di-
stinguebat, ut sonabant illa verba: *Agnatus
proximis familiam habeto*; quasi inter suos
non attendere ad gradus proximitatem,
quæ attenditur in agnatis. *Fab. de erroribus
pragmat. decad. 55. error. 1.* Unde quemad-
modum ex ipsa legis potestate in patris lo-
cum succedentes, sui hæredes fiebant abs-
que aliquo privilegio, vel fictione, ex eodem
succedebant cum alijs filijs in hæreditate ex
propria persona absque aliquo privilegio
repræsentationis, & nihil aliud erat ipsum
jus succedendi hoc casu nepotibus delatum,
quàm ipsa sinitas sibi secundum ordinarias
juris regulas competens. Optime *Fab. ubi
proxime.*

Tamen extra prædictum casum, ubi ex
dispositione legis nepotes, & filij præferen-
di sunt filio seniori, quando questio est in-
ter transversales descendentes ab instituto-
re, inter quos cessat *L. 12. tabularum* dispositio,
necessaria est repræsentatio, ut bene proba-
tur de hæredibus, & *falcid. inquam, de hæ-
redibus ab intestato §. si autem*, ubi in ordi-
ne transversalium, ut filius fratris fratrem
excluderet, necessaria fuit repræsentatio, eo
quippe *L. 12. tabularum* hunc casum non
comprehendebat, ut ex ipsius *Auth. verbis*
deducitur ibi: *Sicut eorum pater proponere-
tur si viveret, & ibi: In suorum parentum jura.*
Ergo dispositio nostræ Ord. quæ trans-
versales ultimi possessoris ab institutore des-
cendentes, non assistente *L. 12. tabularum* Leges
ad successionem maioratus admittit, eodem
modo atque institutoris descendentes in ne-
cessariam consequentiam insimul repræsen-
tationis fictionem introduxit, eodem modo
atque necessaria fuit repræsentatio inter il-
los transversales, de quibus in *d. auth. inter
quos*

quos introducta fuit ex diſpoſitione noſtræ Legis prædicta ſucceſſio.

588 Hæc certe non impertinens conſideratio probat neceſſarium eſſe attentæ noſtræ Lege repræſentationis privilegium, & hoc quidem etiam bene explicant illa *Ord.* verba, ibi: *Repreſente a peſſoa de ſeu pay.* Ex quibus verbis evidenter deducitur neceſſariam eſſe repræſentationis fictionem, eo quippe filius, & illius descendentes non ex perſona propria, ſed ex perſona patris ſuccedunt, nec in alio conſiſtere poteſt repræſentationis beneficium, niſi in ipſo iure ſuccedendi ex patris perſona, cum aliàs ex propria perſona filius ſuccederet, & ideo hanc repræſentationis prærogativam admittendam eſſe in ſimili ſucceſſione tenent *Bart. in L. Galas §. & quid ſitantum, num. 11. ff. de liber. & poſthum.* notat *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 2.* ubi plures refert, & alios DD. *d. num. 2.*

589 Nec aliud jus, & potentia ſuccedendi in iure primogenituræ fundatū ſufficiens eſt, nam in terminis *Ord.* ſuppoſita illius diſpoſitione, ut daretur locus transmissioni, & filius atque illius descendentes ſuccederent excluſo fratre juniore erat, eo quippe in maioratibus inſtitutis per ultimam voluntatem illius naturam ſortiuntur, & fideicommiſſis particularibus æquiparantur ex traditis per *Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. à n. 7. Val. de jure emphyt. q. 50. num. 29. Caſtilh. lib. 5. contrav. cap. 65. num. 84. & cap. 89. num. 44. Mier. de maiorat. in initio 1. p. num. 3. & q. 1. num. 3.* transmiſſio locum habere non poteſt, vel admittamus illum docendi modum, quo DD. in ſpecie utuntur, afferentes primogenitum vocatum eſſe ad ſucceſſionem maioratus ſub ea tacita conditione, ſi poſſeſſori ſupervixerit, quia tunc primogenitus præmoriens conditionis defectus cenſetur, ſubindeque nihil habet, quod transmittat ex regula *text. in L. unica §. ſi autem, Cod. de caduc. tollend. cum ſimilibus,* & ita rem hanc in ſpecie reſolvit *Valen. conſ. 122.* & eodem argumenti genere uſi ſunt plures illi DD. quos refert *Menoch. conſ. 200. num. 34.* vel etiam admittamus, quòd in perſona primogeniti nulla cõditio appoſita eſt, ſed magis in perſona poſſeſſoris, qua gravatus eſt reſtituere cum morietur, & ita primogenitum vocatum ſupponamus ſub die incerta mortis poſſeſſoris, qua gravatus eſt reſtituere cum morietur, & ita primogenitum vocatum ſupponamus ſub die incerta mortis poſſeſſoris, quæ conditionem inducit ad *text. in L. hæres meus ff. de condit. & demonſtr.* tunc primo-

Pars II.

genitus moriens in vita teſtatoris, vel inquam poſſeſſoris, ſi non defectu, moritur tamen pendente conditione, & per conſequens cum ſimus in fideicommiſſis, & actu ultimæ voluntatis, nequaquam ad ſuos etiam liberos jus ſuccedendi transmittere valet ad *text. in L. 4. L. huiſmodi 13. in fine ff. quando dies legat. cedat,* ex doctrina *Gloſſæ in L. unica Cod. de his quæ ante apert. tabul. Menoch. conſ. 105. num. 31. Val. conſ. 122. num. 4. & 171. num. 9. Mantio. de conjeetur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 1.* quibus accedunt plures alij DD. quos refert doctiſſimus Patronus in ſua allegatione.

Nec illa potentia ſuccedendi, quæ conſi- 590 deratur in quocunque primogenito, in mentem venit ut transmittatur, ſed ut admittatur filius, & descendentes repræſentando avum, vel proavum, qui habebat potentiam ſuccedendi, eo quippe ſi viveret, poſſit in maioratu ſuccedere, eleganter *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 1.* ad quod non parum ſuadent noſtræ Legis verba, ibi: *Posto que o ditopay nam ouveſſe ſuccedido no tal morgado.* Quæ verba dum non requirunt actualem ſucceſſionem in repræſentato, ſaltem in illo requirunt capacitatem tanquam extremum inter repræſentationem, & repræſentatum, quia non licet de jure repræſentare incapacem, ut bene probant omnibus citatis *Molin. d. cap. 7. num. 4.* ubi addentes referunt *Peregrin. Robl. Caſtilh. Mier.* & alios; & quia ex eo quòd Lex in prædictis verbis ſuppoſuit patrem maioratum non occupaffe, ſuppoſuit illum capacem eſſe ſucceſſionis, cum improprium eſſet dicere, quòd in maioratu non ſucceſſit ille, qui aliàs incapax erat ſucceſſionis, veluti improprium eſt dicere, aliquem inteſtatum fuiſſe, qui aliàs etiam ſi voluiſſet teſtamentum facere non poſſet, ad *text. in L. jure in princip. verſ. plane ff. de ſuis, & legit. hæredib.* eleganter, & breviter *Molin.* ubi proxime *num. 3* ergo potentia ſuccedendi in præcitatis verbis explicata non conſideratur activè ad effectum transmissionis, ſed paſſivè tanquam extremum inter repræſentantem, & inter repræſentatum.

Fateor, & agnoſco, quòd quamplures 591 DD. ſuper hac materia ſcribentes tum ad *L. Tauri 40.* tum ad *Ord.* noſtram de illa transmissione loquuntur, & illam admittunt for an in hoc immenſum ſucceſſionum pelago fluctuantes, qui omnes in falſo, & vulgari nituntur fundamento, ſcilicet quòd repræſentatio non admittitur niſi ſtante lege, vel neceſſitate, quin videant *Scribentes Hiſpani* repræſentationem expreſſis verbis ad-

Ll

miſſam

missam in illa *L. 40. Tauri* ibi: *El hijo, y sus descendientes representen la persona de sus padres. Et nostri Regnicolæ in illis verbis: Sempre o filho, & seus descendentes representem a pessoa de seu pay.* Et quin videant supra consideratam necessitatem, & quod magis est, quod insulent super admittenda transmissione etiam omnes illi DD. qui in maioratibus etiam attento jure communi repræsentationem admittant adhærendo communissimæ sententiæ, quæ repræsentationem admisit in fideicommissis familiæ, quam in principio retulimus, & quam omnibus citatis sequitur *Castilb. ubi supra d. lib. 3. cap. 19. num. 104. & d. lib. 2. cap. 20. num. 2.* quapropter parvi pendo illorum auctoritatem, qui transmissionem admittant, maxime in Hispanorum maioratibus, & primogenijs, quæ semper naturam ultimæ voluntatis assumunt adversus supra considerata fundamenta, quæ non admittunt transmissionem in simili negotio, & maxime ubi non est spes radicata in vita transmittentis. Latissime *Avendanb. L. 40. Tauri gloss. 7. n. 2. & 3. cum seqq. Gam. dec. 174. à numer. 8. Costa de success. Regni 1. p. aliàs 2. num. 14. Molin. de justit. & iure disp. 626. num. 15. & 16. cum seqq. Surd. conf. 403. num. 47. Robl. de represent. lib. 3. cap. 14. num. 34. & 37. cum seqq. Giurb. de feud §. 2. gloss. 10. à num. 6. eleganter Roland. conf. 43. num. 50. vers. quod aliter lib. 4. ultraquamquod etiam qui admittunt transmissionem, repræsentationem non excludant, ut late explicat *Castilb. ubi proxime à num. 103. cum seqq.**

592 His ita suppositis, mihi indubium est, quod virtute repræsentationis præferendus est R. illustriss. A. illustriss. cum ille admiffa repræsentatione inter transversales ab institutore descendentes præferendus sit habita ratione ad secundam lineam ab Agnete illustrissima formata, in qua illa eadem repræsentatio admittenda est ex dispositione nostræ Legis, quæ admitteretur, si quæstio esset inter descendentes lineæ in illustrissimo Alvaro primogenito formata, vel constituta, quippe æqualiter observanda est repræsentatio in secunda linea, extincta linea primogeniti, atque observanda erat in linea primogeniti, ipsa durante, prout expresse voluit nostra *Ord.*

593 Et quamvis *L. nostra Regia* hoc ita expressis verbis non declarasset, ego semper hanc esse tutiorem sententiam admitterem, cum probata illa *Paul. Castr.* sententia, per quam institutoris filij atque possessoris suo ordine unusquisque suam constituent lineam: quam sententiam omnes ferè scriben-

tes sequuti sunt, ut agnoscunt uterque Patronus, qui plures referunt nobis licitum non sit adversus illum judicare ex præscripto *Ord. lib. 3. tit. 64. §. 1.* quæ jubet secundum communem opinionem judicare; inde ego existimo quod *Ord. d. tit. 100. in princip.* amplexa fuit opinionem illam communem, quam observare jubet *d. tit. 64. §. 1.* extincta ergo linea ab Alvaro primogenito fundata, secunda à secundogenito, constitutam lineam quærimus, & quia linea collocatio est multarum personarum, ut idem doctissimus Patronus probat, quærimus primogenitum illius lineæ, quid derivata successione à principio lineæ, per ipsam lineam rectam descendit, & hic est proximior exclusis alijs à secundo illo lineæ capite descendentibus. Optime *Castilb. d. lib. 5. cap. 93. num. 8. vers. septima conclusio,* elegantissime in specie omnino videndus usque adhuc non citatus *Guterres canonicar. lib. 2. cap. 25. num. 56. ibi: Tertia regula communis est, quod finita una linea in successione maioratus, non consideramus personam proximiorum, sed lineam proximiorum, ibi: Et in dicta linea semper quærimus primogenitum; primogenitum vero diximus, qui descendit per ipsam lineam rectam ex primogenito, unde reliqui alij, ut fratres, & filij fratrum excluduntur omnino dum reperitur aliquis in linea recta.* Et ibi plures refert DD. & hanc etiam opinionem, & conclusionem probat multis congestis doctissimus Patronus in optima allegatione fol. 180. & seqq. eleganter *Pereir. dec. 5. num. 8. vers. inde fit* infinitis citatis *Reynos. obser. 26 num. 6. ubi Addentes;* plures refert, atque ita judicatum affirmat *Cost. de success. Regni 2. p. num. 6. & 8. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 9. Phæb. dec. 39. n. 5. vers. secundo quia, & melius n. 11. vers. & licet* sequemur, ubi inter alios refert *Molin. lib. 1. cap. 1. num. 17. Cardos. Sous. de Maced.* & alios, quos referunt uterque Patronus; ergo admittendus est R. illustrissimus tanquam constitutus in linea primogeniti secundæ lineæ, & venit excludendus A. illustrissimus tanquam constitutus extra lineam hujus primogeniti.

Neque obstat nona illa consideratio à doctissimo Patrono facta, scilicet, quod R. illustrissimus repræsentare non potest proavum, ut illustrissimum A. excludat, hoc mihi inconsonum videtur omnibus juris prudentiæ principijs, nam in descendenti successione non solum admittebatur ad successionem ab intestato filius cum patruo, sed etiam pronepos; non enim ibi limitabatur successio per gradus, ut refert

Imperator in auth. de heredibus ab intestato §. 1. ibi: *In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, sed cum patruo admittebatur filius, & in illius defectum nepos, & his deficientibus pronepos, & sic deinceps, qui omnes sine una diminutione suam integram portionem conſequebantur, ad optimum text. in §. fin. inst. de hered. quæ ab intest. deferentur, explicat eleganter, & latissime Robl. de repræsent. qui omnes in materia refert lib. 2. cap. 18. per totum, & melius in specie num. 16. Morquech. de divisione bonorum lib. 4. cap. 6. num. 8. quod quidem observandum est in illa dispositione, quæ repræsentationem admittit in infinitum, prout nostra Ord. disposuit circa transversales ab institutore descendentes, & sic intelligenda sunt illa verba ibi: *Que sempre o filho, & seus descendentes representem a pessoa de seu pay;* eleganter Castilb. d. lib. 3. cap. 19. num. 63. ubi refert *Avendanh.* & alios, nec unquam in mentem venit alicujus juris periti illa propositio, quod admittatur repræsentatio in infinitum, & quod solum licitum sit patrem repræsentare.*

⁵⁹⁵ Nec tandem obstat vulgaris illa propositio, quod in linea solum quærimus gradum, quapropter videbatur dicendum, quod in hac linea præferendus est A. illustriss. ut pote gradu proximior, quoniam licet in linea attendamus ad gradum, hic considerandus est habitus respectu ad repræsentationem, ita ut semper præferatur qui proximior fuerit habitus respectu ad successionem, & repræsentationem, & non ille qui fuerit proximior habita ratione ad sanguinem, ut bene deducitur ex scilicet, & iterum citatis nostræ Legis verbis ibi: *Sempre o filho, & seus descendentes representem a pessoa de seu pay;* ubi qui remotior est ratione sanguinis proximior dicitur habita ratione ad repræsentationem, notant eleganter *Peregrin. de fideicommiss. art. 21. num. 9. 11. & 17.* ubi plures citat, & *cons. 50. num. 5. in fin. Robles de represent. lib. 2. cap. 25. num. 23. & lib. 3. cap. 10. num. 9.* ubi plures refert, & inter illos *Molin. Castilb. d. lib. 3. cap. 19. num. 303. vers. sane, & n. 313. ad med. Pereir. d. decis 59. n. 7. vers. vel dici.*

⁵⁹⁶ Vnde inferunt communiter DD. quod quando ab homine vocantur proximiores, semper regulanda est proximitas habitus respectu ad repræsentationem, quin illa proximiorum vocatio repræsentationem excludat. *Pereir.* ubi proxime d. n. 7. vers. vel dici, late *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 8. ex num. 51. ubi Addentes plures referunt, & hanc esse veriore sententiam in praxi*

Pars II.

affirmant infinitis alijs citatis *Castilb. lib. 2. cap. 20. num. 7. & lib. 3. cap. 19. a num. 302. & a num. 313. Giurb. de success. feudi §. 1. gloss. 1. a num. 9. & §. 20. gloss. 1. num. 24.* Non est ergo mirum, quod licet in linea solum attendamus ad gradum, gradus admittatur habitus respectu ad repræsentationem; si hoc idem observetur, ubi institutor maioratus proximior vocat, cum semper proximitas gradus reguletur per repræsentationem, ubi repræsentatio admittitur, ut supra de jure probavimus.

⁵⁹⁷ Ejusdem farine est consideratio illa, quod non debet venire in mentem illustriss. R. Gasparis proavi persona, cum mortuus fuisset durante linea à primogenito constituta, quoniam verum est dicere, quod Ord. admittit inter transversales ab institutore descendentes facultatem repræsentandi patrem, avum, vel proavum, qui actualis non fuit possessor maioratus, cum sufficiat sola spes, & potentia succedendi in illis verbis ibi: *Posto que o dito seu pay nam ouvesse succedido no tal morgado;* junctis illis verbis ibi: *O filho, & seus descendentes;* *Pereir. dec. 59. num. 6. & 7. vers. licet non occupassent, Molin. de primogen. lib. 3. d. cap. 7. num. 1. & 4. late Castilb. 3. controuv. d. cap. 19. n. 184. vers. ratio, latissime Robles de represent. lib. 20. cap. 30. a num. 15. 19. & 21.* Ultraquam quod non impertinenter faciendâ est differentia inter lineam possessoris, & lineam primogenituræ, ita ut linea possessoris solum constituatur à possidente, & ab illo qui successionem præoccupavit; primogenituræ vero linea illico formatur à natiuitate primogeniti, illico quod natus fuit, & jus primogenituræ acquisivit ad excludendum fratrem, vel sororem, notant *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 34. Menoch. cons. 1082. ex num. 13. Paz de tenut. 1 p. cap. 35. ex num. 15. cum seqq. Valen. cons. 97. num. 9. lib. 1. Robles de represent. lib. 2. cap. 30. num. 11. Sous. ad L. femine num. 289. ff. regul. jur. cum alijs, quos refert Castilb. lib. 5. controuv. cap. 93. a num. 6.* Igitur, quia in præsentî agitur de linea primogenituræ per defectum Alvari, & illius descendendum, non est necessaria actualis successio in Gaspare repræsentato, sed sufficit potentia succedendi, ita ut si vivus nunc esset, succederet in maioratu, & ita hoc sufficit ad admittendam repræsentationem, & ad excludendum A. illustrissimum eodem modo atque excludenda erat illustrissima Philippa Gasparis illustriss. soror.

Alia adhuc exposulabat fundamenta præsentis causæ decisio, sed inter muneris

Ll ij nostri

nostri assiduas occupationes, hæc pro tempore satis erunt, & satis erit meritissimi Præsidis sententiam attentè legere, & in posterum observare. Vlyssipone 16. Februarij 1685. Carneyro.

599 Post tantarum resolutionum eruditionem nihil superest nisi subscribere, sed ut muneri meo satisfaciam, breviter me expediam. Inter alias observationes ad succedendum in maioratu, linea primum locum obtinet, secundū gradus, tertiu sexus, denique ætas, ita ut nullus possit succedere, nisi sit in linea, & inter existentes in linea, qui fuerit gradu proximior, & in pari gradu, qui melioris sit sexus, & in pari gradu, & sexu, qui fuerit maior ætate, de qua non habetur ratio, nisi prætendens sit in linea, gradu, & sexu, dicunt *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 13. & ibi Addent. Reynof. obser. 2. 3. num. 2. 4. & 8. & ibi Add. Rosa consult. 69 n. 3. ut est vulgare.*

600 In maioratu quilibet filius primogenitus nascendo se includit in successione, & suis descendentes lineam constituit ad exclusionem secundi geniti, & ejus lineæ ex doctrina *Bald. in L. antiquiorib. num. 3. vers. ego quia, Cod. jure delib. ex Paul. de Castr. conf. 164. sequentur communiter DD. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 3. & 31. & ibi Add. Reynof. obser. 24. n. 25. & seqq. Luca de linea leg. art. 4. & 5.*

601 Et ad hoc ut cognoscatur quis sit in meliori linea per obitum ultimi possessoris absque filijs quærenda, & linea transversalis, & computatio incipiendo ab illo collateralis, qui vult succedere, & faciendo ascensum ad patrem, vel alium ascendente communem, à quo descendunt litigantes, & postea facere descensum ad defunctum collateralem, de cujus successione tractatur, qui sine liberis decessit, & tunc attenditur ad proximiorē stirpem, & si ex eo descendentes non existant, ascenitur ad alium immediatum illius lineæ, & sic deinceps, per patres, avos, & proavos usque ad ultimum in illo genere, qui est primus, & caput illius lineæ, & quousque omnes ex illa procedentes deficient, non intrat alia linea, ex *L. pronuntiatio 195. ff. verbor. signif. notant Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 46. Gom. in L. 8. Taur. num. 2. Castilh. lib. 5. contr. cap. 93. n. 14. & cum in nostro casu recurrendo ad ascendente communem illustrissimorum litigantium si in rerum natura existeret, succedere debebat ascendens illustrissimi Aggravati, & non illustrissimi Aggravantis, ita succedere debet in præsentem aggravatus, licet Aggravans sit pro-*

ximior in gradu, de illo non curatur nisi in ipsamet linea; *Font. dec. 34. num. 4. & 5. Cassanat. conf. 38. num. 114. Add. ad Molin. lib. 3. cap. 4. num. 13. & 14. & cum Aggravatus sit in meliori linea, ipse est præferendus, licet Aggravans sit in gradu proximiori, & hæc est natura maioratus, & institutoris mens, quia in eo versatur, ut successio deferatur recto ordine successivo per suos descendentes, & hæc est dispositio *Ord. lib. 4. tit. 100. in verbis ibi: Por sua ordem; Giurb. de feud. §. 2. gloss. 10. num. 49. & in infinitum concedit d. Ord. representationem, & linearum considerationem inter descendentes institutoris licet sint transversales ultimi possessoris, & etiam quando fuissent in eadem linea, habebat locum repræsentatio, quia si fuisset in diversa linea, erat superflua dispositio d. Ord. tunc enim succedebat descendens ex lineæ prærogativa, quæ est prima qualitas requisita ad successionem maioratus.**

Et cum prætendentes sint descendentes institutoris, & melior linea sit juxta *d. Ord. tit. 100. vocata, & repræsentatio in infinitum perpetua, admittenda est utriusque beneficii consideratio in infinitum ad omnes casus, tum ex verbis d. Ord. Sempre os filhos, & seus descendentes por sua ordem representem a pessoa de seu pay. Quæ verba, sempre, denotant perpetuitatem ad omnes casus, & ad omnes gradus absque termino, & limitatione, ex dictis à *Molin. de primog. cap. 7. num. 11. lib. 3. vers. secundo, Guterr. pract. 9. 66. num. 25. Castilh. lib. 3. cap. 19. n. 22. Trass. de regio patron. cap. 77. num. 21. & seqq.**

Tum etiam, quia licet colligantes ad successionem maioratus habito respectu ad ultimum possessorem sint transversales, nihilominus tamen, cum sint descendentes primi institutoris, admittitur inter eos lineæ repræsentatio in infinitum. *Reynof. obser. 26. num. 6. & ibi additio Pereir. dec. 116. Præceptor Carvalh. in privat. schol. ad relectorem Clem. si plures de jure patronat. §. secundus casus est, Pinheir. de cens. & emphyt. 2. p. disp. 5. sect. 4. §. 3. num. 93. & 96. Card. post tract. de jure accresc. respons. 6. 2. p. pag. 299. num. 58. 59. & 60. Valasc. in perfidia de Alcmant. lib. 2. tit. 1. art. 3. pag. 175. col. 2.*

Nec in hoc casu obstare potest dispositio *d. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. quia in his terminis proximitas gradus non consideratur respectu sanguinis, sed respectu successionis, & lineæ, & ideo dicitur proximior, qui est in meliori linea successionis, & remotior, qui est proximior in sanguine. Peregrin. de fidei-*

fideicommiſſ. art. 22. num. 8. & 21. Caſtilh. lib. 3. cap. 19. num. 313. verſ. qua ſic, Gimb. de ſend. §. 2. gloſſ. 13. num. 34. Et non dicitur proximior, ſed remotior ille, qui eſt in linea poſteriori, licet aliàs ſit proximior tempore ſucceſſionis in ſanguine ultimo poſſeſſori, ex *Molin. Robl. de repræſent. lib. 2. cap. 30. n. 18. & 31. verſ. nam linea, & verſ. nec exiſtentibus, & verſ. quia linea, & verſ. ſta ut linea, & verſ. ſiquidem, & verſ. uſque adeo, & n. 14. verſ. remotior.*

605 Et virtute repræſentationis, & lineæ remotior iudicatur proximior in ſanguine, & qui per repræſentationem admittitur non dicitur corrumpere gradum, ſed potius gradum repræſentare. *Robl. de repræſent. lib. 2. cap. 25. num. 22. & lib. 3. cap. 15. n. 4. verſ. ſed ſic eſt, & cap. 10. num. 9. Caſtilh. d. cap. 19. num. 313. verſ. ſane, & Ord. d. §. 2. non venit ad tollendas lineas, nec repræſentationem, ſed tantummodo ad reſolvendum, quòd conſanguinitas intelligenda erat reſpectu poſſeſſoris, & non inſtitutoris, ut inquit *Pereir. dec. 5. num. 8. verſ. & licet, & dec. 59. num. 7. Phæb. dec. 39. num. 11. verſ. & licet, & decif. 22. num. 19. verſ. hoc enim, & num. 21. Souſ. dec. 16. num. 11. & ſeqq. Reynof. obſer. 25. num. 3. & 9. Valaſc. de iuſta acclamat. 2. p. pun. 1. §. 4. n. 77. & ſeqq.* Atque ita ſemper ſuccedere debet deſcendens ex meliori linea, licet remotior ſit ultimo poſſeſſori, & licet aſcendentes non ſuccederent, ut optime concludit *Flor. in addit. ad Gam. decif. 93. verſ. clauſula ſexta.**

606 Hoc ita ſuppoſito, etiam ſi linea, qua iſti huiusmodi colligantes ſunt collocati, hucusque non fuiſſet effectiva, ſeu actualis, imo ſolum habitualis ſit, ſufficit ut linea ſicut eſt, prout omnes communiter agnoſcunt, in ea equidem in ſingulis graduum ordinibus continuatur ille ipſe habitus, donec durat linea, in qua maioratus exiſtit, & eo inſtanti, quo extinguitur linea poſſeſſoris, quæ apud noſtrates effectiva appellatur, ſtatim tranſit ſucceſſio ad meliorem lineam, ibique radicatur in ea perſona, in qua concurrunt requiſita neceſſaria. Ideo cum illuſtriſſimus R. ſit in eadem linea reſpectu cõmunis trunci ab illuſtriſſ. D. Agnete, ſeu in meliori linea reſpectu illuſtriſſ. Gaſparis, in quo concurrat non ſolum ſexuſ, qualitas, imo & primogenituræ prærogativa. Igitur neceſſario eſt præferendus illuſtriſſimo A. & hiſ ſic ſedulò conſideratis, & bene perpenſis, ſententiam doctiſſimi Prætoris Curialis laudo, & maiori cum ratione viſis iuribus, & DD. quæ felici calamo ſapientiſſimus, & amantiſſimus Dominus enuclea-

Pars II.

vit, & nihil intactum reliquit, ſed omnia maxima jurisprudentia ſcripſit. Vlyſſipone 3. Maij 1681. Freyre.

No feito do Marquez de Tavora com D. Francisco Napre, oppoente Dom Alvaro da Silveira, Eſcricao Luis Gomes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

607 *Acordaõ em Relaçãõ, & c. Viſtos eſtes autos, libello do A. originario o Marquez de Tavora, contrariedade dos Reos, & artigos dos oppoentes D. Antonio da Silveira, inquirçoens de teſtemunhas, & mais documentos juntos: Moſtraſe por parte do A. que ſendo no anno de 1467. Dom Fernando Coutinho Marichal deſte Reyno, caſando ſeu filho D. Alvaro com Dona Brues de Mello, filha do Chancelier Mor Ruy Gomes, ſe expreſſou na eſcritura dotal, que ſete mil coroas do dote ſe empregariaõ em bens de raiz, que ſeriaõ morgado para os deſcendentes daquelle matrimonio, & por o dito D. Alvaro, & ſua mulher naõ applicarem os ditos bens em ſua vida, o fez ſeu filho D. Fernando Coutinho, que tambem foi Marichal, com ſua mulher D. Maria de Noronha, & com effeito no anno de 1496. & 97. compravaõ as caſas, & lugar de Valverde dos Cavalleiros, & a quinta da Pega, & outros bens no termo de Pinhel, & no teſtamento que o dito Marichal D. Fernando fez antes de partir para a India vinculou os bens referidos, & por ſeu falecimento ſuccedeo ſeu filho D. Alvaro Coutinho, & por morte deſte, ſeu filho D. Fernando Coutinho, a quem ſuccedeo ſeu filho do meſmo nome, que foi o ultimo Marichal, & ſucceſſor legitimo do dito morgado, ſem deixar filhos legitimos, nem outro parente da linba do filho primogenito, & por eſſe fundamento allega o A. que a ſucceſſãõ do morgado ſe deſirio ao Conde de Saõ Ioaõ Luis Alvarez de Tavora biſavo do A. por ſer vivo no anno de 1636. em que faleceo o ultimo poſſuidor, por quanto Dom Fernando Coutinho, que vinculou os bens do morgado no teſtamento que fez antes de hir para a India (alèm do filho Dom Alvaro, que ſuccedeo no morgado) teve hũa filha Dona Brites Coutinho, que caſou com D. Luis da Silveira, primeiro Conde da Sortelha, do qual matrimonio naſceo Dona Felippa, que caſou com Luis Alvarez de Tavora ſenhor da caſa do Mogadouro, & della foi filho Luis Alvarez de Tavora, ſegundo deſte nome, que faleceo na batalha de Alcacer, o qual deixou a ſeu filho Luis Alvarez de Tavora, primeiro Conde de Saõ Ioaõ, & de que naſceo o Conde Antonio Luis de Tavora, & delle o Marquez A. & ſeu filho habilitado, & que aſſim pela peſſoa do dito ſeu biſavo, a quem ſe deſirio a*

Ll iij

ſuc.

sucessão, pertence a elle A. & com esse fundamento seu avo o Conde Antonio Luis de Tavora moveo demanda ao Procurador da Fazenda, por estar na reprefalia o morgado, & suposto se deſſe sentença contra elle, com tudo nella se reconheceo seu direito, & descendencia, & tem cessado o fundamento da sentença de senam provar o vinculo dos bens, por os Reos o confessarem, & se reconhecer na sentença do appenso; & como os Reos se metessem de posse sem titulo legitimo, por a R. dizer que he filha natural de Dom Alvaro, filho tambem natural do ultimo possuidor, nam pôde ter intrancia havendo descendentes legitimos, qual he elle A. Por parte do oppoente D. Antonio da Silveira, & seu filho habilitado D. Alvaro da Silveira se allega he descendente da mesma Dona Brites Coutinho filha do instituidor, & que está em melhor linha do que o A. por quanto descende de D. Diogo da Silveira, filho barão da dita Dona Brites, & o Marquez A. descende de filha, & que assim deve ser preferido por descendente de barão, & quarto neto do instituidor, & em grao mais proximo do que o A. & a R. nam poder ter direito, por ser filha natural. Por parte da R. se allega, que os bens pedidos nam são de vinculo, mas livres, & como taes os largou o ultimo Marichal ao pay della R. de quem he berdeira, & já por nam mostrar o vinculo o pay do A. originario no feito appenso, foi removido da successão por sentença final, que passou em cousa julgada, & quando foram de morgado os bens pedidos, a R. he neta do ultimo possuidor, & ainda que natural deve ser preferida, por na instituiçam nam serem excluidos os filhos naturaes, & se achar legitimada, & sendo da linha do possuidor, não deve a successão passar a outra linha, segundo as resoluçoens de Direito, como mais largamente se deduz em seus artigos. Por parte do oppoente Francisco de Brito Freyre se deduzio seu direito nos artigos fol. 24. ao que senam faz relaçam por desistir da causa, cuja desistencia se julgou fol. 425. vers. O que tudo visto, & o mais dos autos, & como por parte da R. & seu marido no segundo appenso se allegou, & provou serem os bens pedidos do morgado instituido pelo Marichal Dom Fernando de Calecut, & como vinculados fossem sempre possuidos por seus descendentes, & assim se supor por sem duvida na sentença daquelle processo, pela prova que a R. & seu marido derao, & com esse fundamento se denegou a restituicam dos bens que o A. pedia naquelles autos, & não se mostrando nestes o contrario, nam pôde a R. ainda que neta do ultimo possuidor succeder nos bens vinculados, como

tambem nem seu pay Dom Alvaro, por ambos serem filhos naturaes, & nam legitimos, & concorrerem para a successão o A. & o oppoente descendentes legitimos do instituidor, como se mostrou nestes autos, & no appenso A. E. D. & assim declarao, que a R. nam tem direito para a successão deste morgado. E quanto ao direito da successam entre o Marquez A. & o oppoente, como o instituidor tivesse hum filho Dom Fernando Coutinho, & hũa filha Dona Brites, & ao filho se defirisse a successam do morgado, extinguindo se a descendencia deste por falecimento do ultimo possuidor D. Fernando, & devendo devolver se a successão aos descendentes da filha Dona Brites, tendo esta hum filho de que descende o oppoente, & hũa filha de que descende o Marquez A. se acha o oppoente com melhor diretto para ser preferido, ainda que no tempo da morte do ultimo possuidor seu avo Dom Ieronymo, ou tio Dom Diogo estivessem em grao mais remoto, como o A. allega; por quanto estando por Ley do Reyno estabelecida a representaçam, nam somente nos descendentes do possuidor, mas tambem nos transversaes, sendo descendentes do instituidor, para por sua ordem representarem as pessoas de que descendem, & pelo direito dellas terem preferencia na successão, sendo o A. & o oppoente descendentes do instituidor, ainda que transversaes ao ultimo possuidor, pelo beneficio desta Ley, deve o oppoente representar, ou seu tio Dom Diogo ao filho de Dona Brites de quem descende, ainda que a tal representaçam nam tivesse entrado na successão do morgado, & valer se de todo o direito que lhe pudesse competir para a successam, por este ser o effeito da representaçam, & como o filho de Dona Brites, se vivo fora, devia ser preferido a sua irmã pela disposicam da Ley, & qualidade dos bens, na mesma forma deve ser preferido o oppoente, & antes seu tio D. Diogo que superviveo ao possuidor. E suposto que por parte do A. se considere, que elle, & o oppoente são descendentes de hũa só linha, que constituiu Dona Brites, como filha do possuidor, & na opiniao de muitos Doutores, quando concorrem dous de hũa linha, nam tem lugar a representaçam, mas se deve defirir a successão pela proximidade do grao, pelo disposto no §. 2. da Ord. lib. 4. tit. 100. querendo entender o principio da dita Ord. & sua generalidade, quando o descendente de hũa linha concorre com outro de diversa linha, v.g. quando o neto do filho mais velho concorre com o filho segundo, por este, & seu irmão constituirem diversas linhas, & assim que estando o avo do A. em grao mais proximo ao ultimo possuidor, deve ser preferido; com tudo a esta duvida se

reſponde, que ainda que a Ord. no principio do tit. 100. proceda quando concorrem dous de diuerſas linhas, como conſtituem os filhos do poſſuidor, de que falla a dita Ley, ainda aſſim deve comprehender o caſo em que os per-tendentes ſão de huma ſò linha, por concorrer a meſma razão em hum, & outro caſo, & a Ley admitir geralmente a representaçam nos tranſverſaes, ſendo deſcendentes do inſtituidor, & nam ſe dever limitar, & reſtringir nos deſcendentes de hũa linha ſem razão, & fundamento algum, que nam dão os Douctores, que ſeguem a contraria opiniam, antes ſe acha eſta ſeguida contra a meſma Ley, que geralmente admitio a representaçam, & ſuppoſto que Francisco de Souſa in L. fœmina na p. 1. num. 282. funde a dita opiniam no §. 2. da meſma Ley, que admite a proximidade do grao do ultimo poſſuidor, com tudo não moſtra, que aquelle §. ou outra Ley ſemelhante diſponhaõ, que ſe haia de obſervar a proximidade do grao nos deſcendentes de huma linha, ſendo que a tal proximidade ſõmente ſe deve praticar nos caſos que ſe acharem expreſſos em Direito, por eſtar geralmente eſta-belecida a representaçam em contrario, & aſſim ſe nam poder julgar pela dita opiniaõ, por ſer contra a Ley, & razão della, & aſſim ſe ter ſeguido, & praticado no areſto da certidam fol. 341. que he identico ao deſtes autos, & a Ord. d. §. 2. decido, que no caſo expreſſo de ſucceder o parente mais chegado, que ha de ſer do poſſuidor, quanto mais o Marquez A. nam prova, que o primeiro Conde de S. Ioão eſtivera em grao mais proximo ao ultimo poſſuidor; por quanto pelo oppoente ſe moſtra pelas certidoens fol. 66. & 67. que Dom Diogo da Silveira tio do oppoente era vivo no tempo da morte do ultimo poſſuidor, que eſtava com elle no meſmo grao, que tinha o primeiro Conde de S. Ioão, & nam ſe moſtrando a idade de cada hum, ſe ha de atender deſcender o oppoente de baraõ, como o dito Dom Diogo, para pelo beneficio da representaçam ſer preferida, ſem que ſeja neceſſario ajudar ſe da qualidade da melhor linha, por ſer baſtante a representaçam, & ſer controverſo ſe os filhos de Dona Brites podiam conſtituir novas linhas; por tanto mandaõ, que o ſequeſtro feito neſtes bens ſe levante, & ao Procurador da Fazenda, & à R. condenão reſtituaõ os ditos bens ao appoente, com os rendimentos da lide conteſtada, & pague o A. & R. os autos. Lisboa 30. de Agoſto 1682. D. Freyre, Sampaio, Mendoça, Quiſel. Fui preſente com rubrica do Procurador da Fazenda.

Et ita iudicatum fuit habere locum lineæ, & reſpresentationis beneficium inter deſ-

cendentes in infinitum, dummodo ſint à ſanguine inſtitutoris, & licet ſint tranſverſales ultimi poſſeſſoris, & etiam in illis qui deſcendunt ab eo, qui habens ſpem ſuccedendi, non accepit poſſeſſionem, nec fuit poſſeſſor maioratus, nec ejus aſcendentes, ex dictis à Nobis forenſ. cap. 4. num. 24. & probat eleganter Gam. dec. 93. & ibi Flores in add. verſ. conclusio 6. Et tenet Valaſc. de juſt. acclam. 2. p. punct. 1. §. 1. num. 25. Robles de repræſ. lib. 3. cap. 4. num. 6. & ſeqq. & lib. 4. cap. 6. num. 2. & ſeqq. Valaſc. in perfidia de Alemanka lib. 2. tit. 4. art. 4. num. 34. pag. 311. ubi multos refert, & Giurb. de feud. §. 2. gloſſ. 6. num. 30. verſ. respondeo 2. & gloſſ. 10. num. 44. verſ. respondeo 1. Caſtilh. d. cap. 93. num. 5. verſ. ſexta, & ſeptima conclusio, & num. 8. & vide Salzed. de repræſ. lib. 2. cap. 30. num. 11. & ſeqq. & quando aſcendens è vita deceſſit ante fundationem. Vide Mier. de maiorat. 2. p. illat. 5. num. 3. Salzed. lib. 2. de repræſ. cap. 5. num. 5. & 6. Caſtilh. lib. 3. cap. 19. numer. 196. & 199. & 212.

Neque obſtabit dicere litigantes deſcendentes ab uno filio poſſeſſoris conſtituere unam lineam, quia non dantur lineæ de lineis, & ultra lineam poſſeſſoris nulla alia in jure admilla reperitur, neque etiam primogeniti, ſed potius hæc, & à ſortiori aliæ ſequentes cæterorum fratrum, & præcipue in ſucceſſoribus tranſverſalibus imaginariæ videantur, ut tenent quos refert Valaſc. de juſta acclamat. 2. p. punct. 1. §. 1. n. 2. & ſeqq. & ſummarie refert hoc argumentum num. 21. & num. 27. aliàs 28. inquit, quòd in ſolis filijs poſſeſſoris lineæ admittuntur, & conſiderantur, & non in nepotibus, quia aliàs proceſſus in infinitum daretur, ſi ille & ultteriores lineas etiam conſtituerent, quod etiam tradit in perfidia lib. 2. tit. 4. art. 6. pag. 313. ubi optime.

Et quando tales concurrunt, cum ſint in eadem linea, præferendus venit proximior, quia inter plures perſonas ejuſdem lineæ, potior gradus, & proximitas attenditur, ex Valenzuel. Giurb. Aguirri, tradit Valaſc. de juſta acclamat. 2. p. punct. 1. §. 1. num. 16. & 17. & in perfidia de Alemanka lib. 2. tit. 4. art. 4. n. 18. pag. 307.

Et inter plures ejuſdem lineæ proximior ultimi poſſeſſoris præfertur, ut ait Molin. Guterr. Souſ. Corneus, quos refert Souſ. de Maced. dec. 16. num. 6. ex Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2. Cardoſ. poſt tractat. de jure accreſcendi reſponſ. 2. de reſpresentation. num. 36. de qua re etiam Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. num. 17. Caſtilh. lib. 3. contr. cap. 19. n. 318.

612 Nam respondetur, lineas non solum primogeniti, sed & reliquorum filiorum alicujus possessoris maioratus, tam in descendentes, quam in transversalibus frequentiori Doctorum calculo esse receptas, ut jam supra diximus, & simili argumento respondit *Valasc. d. §. 1. num. 21. & seqq.* & fatetur cum multis idem *Sous. d. dec. 16. num. 9.* & defendit *Cardos. d. respons. 2. num. 10. usque ad 14. & num. 34.* & eleganter *respons. 4. n. 1. & seqq. & num. 13. vers. quod argumentum, Valasc. in perfid. lib. 2. tit. 4. art. 4. pag. 302. & 303.* Atque ita descendentes diversi unius filij possessoris non sunt in eadem linea, ad hoc ut præferentiam habeat proximitas, vel gradus ultimi possessoris, sed unusquisque descendens ex filio descendente ab institutore est in diversa linea, & ad hoc ut appareat quis sit in potiori linea, & quæ sit potior linea, ut ejus ratione descendentes præferantur, recurrendum est ad stipitem, seu ascendentem illum, ex quo pertensores maioratus descendunt, quo attento, ejus respectu apparebit in qua linea quisque ex pertensoribus sit, & quis ex his præferri debeat, cum omnes unius stipitis descendentes sint, ut tenet *Sous. in L. femina ff. de regul. jur. 1. p. num. 291. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 10. num. 46. vers. sed & his, & notat Sous. d. dec. 16. num. 8. & 9.* cum multis, *Valasc. in perfid. de Alemanka lib. 2. tit. 4. art. 4. n. 4. pag. 302. & seqq.*

613 Et considerato trunco, & stipite ascendente, ex quo pertensores descendunt, omnes filij ejus constituunt diversam lineam, per quam se ipsum, & suos descendentes includunt, & isti inter se constituunt etiam diversam lineam; & interim dum aliquis ex primogenito superest, quosvis alios excludit, ita & secundo genitus ipsius ascendentes, à quo pertensores, de cujus conjunctione agitur, originem ducunt, constituit suam lineam diversam respectu alterius fratris, per quam se ipsum, & suos descendentes includit ad effectum, ut deficiente linea primi fratris, & ejus descendentes, quosvis alios ex sequentibus excludat, nec tertio genitus, ejusque linea admittitur, quandiu superest descendens de linea secundogeniti, & sic de reliquis successive, & ita ratione dictæ lineæ reliquos fratres, eorumque lineas, & descendentes excludit, quamvis aliqui sint gradu proximiores, vel quasvis alias qualitates habeant, ut ex *Gam. dec. 354. num. 5. Molin. Cardos. de jure accrescendi respons. 4. num. 4. & per tot.* tradit per hæc verba *Giurb. de feud. §. 2. gloss. 6. & d. gloss. 10. n. 46. & vers. ego, & vers. sed,* & ultra quos refert,

mihi probatur ex regula *Legis pronuntiatio 195. ff. verbor. significat. ibi: Et cum pater familias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere,* cum multis tradit *Ramon. cons. 100. numer. 483. infinitos refert Roxas de incompatibilit. maiorat. 1. p. cap. 6. num. 328.* & ultra quos refert *Martha de success. legali 4. p. q. 21. art. 13. num. 20. Ponte cons. 12. num. 9. Paz de tenut. cap. 35. num. 11. Anton. Bellon. cons. 72. num. 39. Cardos. d. respons. 2. & 4. Reynaf obs 23. num. 6. & seqq. & ibi additio novissima ad num. 8. optime Valasc. in perfid. lib. 2. tit. 4. art. 4. pag. 302. & 303.* & judicatum in causa, de qua Ego ipse *Forens. cap. 4. in nov. impr. pag. 315. & seqq.*

Et non solum hæc resolutio procedit inter descendentes, sed etiam inter collaterales, & transversales, hoc est, non solum procedit in linea effectiva descendentium, verum etiam in linea contentiva collateralium, ut originaliter tradit *Paul. de Castr. cons. 164. lib. 2. Surd. cons. 403. num. 10. Castilh. d. cap. 19. num. 185. eleganter Menoch. cons. 97. num. 2. cum seqq. & 51. & cons. 220. num. 155. Paul. de Mont. Picho cons. 96 n. 124. cum multis additio ad Reynaf. ad obs. 23. ad num. 8. pag. 138. vers. adde, & judicatum fuit in causa, de qua Ego ipse *forens. cap. 4. pag. 315. & seqq. in nova impress. in add. Gam. d. dec. 93. & ibi Flores in add. vers. sexta conclusio, Gut. canon. lib. 2. cap. 25. n. 56.**

Vnde fit, quòd si extiterint descendentes institutoris, licet transversales ultimi possessoris, quilibet ipsorum locum avi, vel proavi ingreditur, ut excludat agnatum in remotiori linea positum, licet gradu proximior sit ultimo possessori, ut per hæc verba tradit *Pereir. dec. 5. num. 8. vers. non vero, & vers. unde;* probat etiam *Robles de represent. lib. 2. cap. 29. num. 27. & seqq. & cap. 30. per tot. & maxime num. 15. & 18. Giurb. de feud. d. gloss. 10. num. 45. vers. circa tertiam, & num. 46. 48. & 55. Ramon. cons. 100. n. 483. eleganter Mier. de maiorat. q. 6 num. 70. in nova impressione, & q. 7. n. 29. Amat. variar. resol. 1. num. 29. Cardos. d. respons. 2. num. 12. vers. & succedit; & judicatum fuit in casu, de quo Ego ipse *forens. cap. 4. pag. 315. & seqq. in nova impress. in add. Gam. & Flores, ubi sup. d. dec. 93. vers. sexta conclusio, Castilh. d. cap. 93. num. 5. vers. sexta, & septima conclusio, & num. 25.**

Et ex hac lineæ consideratione remotior in gradu proximior excludit, quia scilicet est in meliori linea attento stipite, ut ex *Pinel. in L. 1. p. 3. num. 91. Cod. bon. mater. Menoch. & alijs tenet Giurb. d. gloss. 10. num. 46. ad fin.*